



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Digres. 41. De appetitus sentientis perturbationibus, ad tex. com. 157.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

nifestum, animalia complura rationis expertia temporis sensum habere. Vrger tamen argumentum illud eiusdem Philosophi in tex. 13. lib. 4. Physic. quod cum tempus sit numerus motus secundum prius & posterius, solus intellectus numerare potest, ideo que solus cognoscere tempus. Quo superatuni omnino Alexandrum fuisse scribit Themistius, planeque tempus credidisse ab homine creati, quasi nihil aliud esset tempus, quam nuda hominis cogitatio, meraque supputatio, cui nulla in re soliditas responderet. Verum si tempus durationem motus significat, ea sane non minus, quam motus, in rebus ipsis existit; neque animæ cogitatione aut supputatione opus habet, sicut nec cæteræ durationis species, æternitas, & ævum. Quod si continuatæ successionis motus distinguenda sunt & numeranda priora ac posteriores sibi succedentes partes; id nimirum animæ & intellectus solius est opus. Et ut numerus permanentium rerum nullo modo pendat ab intellectu; pendet tamen is, qui in successione consideratur. Quoniam cum numerus plures postulet simul collectas unitates, successionis nihil est præsens, nisi impartibile quiddam; atque ut illius partes simul accipiatur, opus est intellectu, qui præteritum ac futurum velut præsentia & simul existentia statuat. Mitto plura, quæ de hac re in quarto Physic. libro disputantur. Themistius quidem certè Alexandri sententiam neque veram esse scripsit, neque ijs consentaneam, quæ Aristoteles eo loco prodidit. Nam si possit motus absq; intellectu esse, tempus quoque subiunxit esse; quoniam motus successio priora & posteriores habet numerabiles partes: quæ tamen actu, non nisi ab intellectu numerantur.

Itaque de bestis duo profusus affirmat Philoponus. Primum, eas non apprehendere tempus, sed ea, quæ sunt in tempore, ut frigus aut calorem, illud hyemis, hunc æstatis. In corporeum enim quiddam est tempus, quod sensum & phantasiam, quæ corporea tantum & sensilia comprehendunt, effugiat. Homo autem intellectu præditus tempus quoque ipsam intelligit, dum horas & dies numerat, menses & annos. Deinde bestias indeterminatum atque indefinitum tempus persentiscere; ut hyemem vel æstatem: determinatum ac definitum, velut dies & horas, à solo cognosci homine. Nunc verò solum hominem dici temporis habere sensum quoniam illud appellare Philosophus confuevit tempus, quod determinatum est & definitum. Ut cum in lib. de interpretatione dixit; Hæc quidem simpliciter, illa verò in tempore. Simpliciter enim indeterminatum tempus dixit, in tempore autem, determinatum ac definitum. Ego tamen hoc loco non audio solum hominem affirmari temporis sensum habere: sed (sit autem in temporis sensum habentibus) Quod solius hominis non esse, sed aliorum complurium, indicatus exponit locus libri de memoria & reminiscencia. Quare Themistius. Hæc, inquit, appetitionum pugna in ijs animalibus fieri solet, quæ temporis sensum habent: atque in homine potissimum. Is enim per se tempus sentit, cætera ex accidenti, ut potè quæ non ipsius temporis sensum proprie habeant, sed motionis & passionis eius, quam tempore aliquo acceperunt. Quod Simplicius quoque tradidit.

Est & aliud discrimen, quod maxime nunc spectavit Philosophus. Quod etsi animantes per multa præteriti sensum habeant, dum passionis

præteritæ recordantur; futurum tamen non prævident, quoniam affici non possunt aut pati ab ijs, quæ futura sunt: siquidem hæc nondum existunt, sensusque rerum duntaxat existentium est. Nam si formicam dixeris futurè hyemalimta reponere; ea non futurum prævidet, sed aut præsentia potius passionis recordatur, aut solo naturæ instinctu agitur. Homo & præteritorum recordatur & futura prospicit.

Quamquam etsi de homine solo interpretæris illud (sit autem in temporis sensum habentibus) propterea de illo potissimum fuerit dictum, quod manifestior in illo sit & illustrior contrariarum appetitionum pugna, propter rationis & concupiscentiæ coniunctionem. Quæ tamen quoquo modo in cæteris item reperitur. Si namque homo contrariis idcirco motibus agitur, quia temporis sensum habet, cætera quoque animantes, quæ temporis sensum habent, agitabuntur.

Ita soluitur altera Philoponi dubitatio. Etenim Leo gregem aggressus & percussus, in gregem rursum incurrens aggredi cupit, sed retinetur, ne percutiatur. Atque huiusmodi plurima in bestiis sæpè cœrauntur, quæ dum à præsentia iucundo trahuntur ad concupiscendum, & præsentia plage vel passionis imaginatione ac recordatione retinentur ne prosequantur, contrariis nimirum & ipsa mouentur motibus. Illustrior est in homine pugna, qui duplicem habet appetitum, irrationalem & rationalem, ac propter rationis consortium, tum præteriti recordatur, tum futurum prospicit. Dumque febri affligatus frigida potum concupiscit, tum præteriti; tum futuri damni consideratione retinetur. Concupiscentia præsentem spectans delectatione titillat, quod futurum non prævidens, sed in re præsentia quam sentit, tanquam sine, insitens, tum suauem, tum simpliciter bonam æstimat. Ratio futurum prospiciens sensui quidem suauem, sed magno perè damnosam intelligit, atque à prosequendo retinet. Suaue namque & simpliciter bonum distinguit; quodque sensui suauè est, non omne bonum esse diiudicat, & futurum tanquam magis bonum amplectitur. Quod tertium fuerit inter rationalem & irrationalem vitam discrimen. Contrariis igitur motibus moueri tum rationalibus conuenit tum irrationabilibus: sed moueri secundum præsens & futurum rationalibus solis, secundum præsens & præteritum, irrationabilibus quoque. Ex præteriti enim imaginatione seu memoria futurum quasi præsens cauent. Nec tamen præteritum, quia præteritum est, cognoscunt; sed qua patiuntur ab illo passionisq; memoria remanet. Quippe dum præsentem quoque rem cognoscunt, non præsens cognoscunt tempus; sed à re præsentia mouentur, eamque in præsentia tempore afficiente sentiunt.

#### DIGRESSIO XLI.

##### De appetitus sentientis perturbationibus.

Sive spectes ea, quæ de appetitu, sive quæ de continente & incontinente, sive demum quæ proximè de contrariis ac pugnantibus appetitionibus, à philosopho dicta sunt, perinde aliquid à me hoc loco de sentientis animæ perturbationibus desiderabis.

ZZZZ ij

De perturbatio-  
nibus qui  
agunt.

Ego verò eò libentius tibi satisfaciã, quòd cum de cæteris omnibus animę partibus quoquo modo dis- seruerint, hanc solam prætermisã à me fuisse iure optimo, siue mirareris, siue etiam doleres. Deinde verò quòd est aliquid de perturbationibus hisce loquatur medicus, vt aut ad sanitatem conferunt moderatã, aut plurimum obesse possunt immoderata. Quam ob causã de illis cognoscendis atque curandis librum Galenus edidit, & in arte medicã monet, vt ab illis magnopere cauẽamus, ab ira præsertim, tristitia, furore, timore, inuidia: quòd maxime afficiant corpus, statumque illius euertant naturalem: nec parua etiam de illis commouendis aut sedandis Rethores præcepta tradant, vt Auditorum animis in dicentis adducatur sententiã. Ac demum moralis Philosophus & Theologus, alter, vt materia virtutum sunt, possuntque ratione recta frenari & corrigi. Multis enim Aristoteles demonstraui in secundo ad Nicomachum lib. cap. tertio. Morales virtutes circa voluptates & dolores versari. Alter verò, vt meriti aut demeriti leges sunt. Quoniam tamen ex proficiuntur ab anima, illiusque operationes existunt: Naturalis quoque philosophus, dum in animę contemplatione versatur, prætermittit illas omnino non debet.

Pertur-  
batio  
quid.

Quas igitur Stoici dixere *πάθη*, seu *ἀσθημάτων* & *νοσημάτων*, id est morbos & agrotationes, Tullius perturbationes nominauit; Alij affectus, & plerique passiones; quòd cum aliqua corporis commotione, ac peressione adueniant. Sed & quòd plerumque aduersentur rationi, velut defectus, & peccata natura, verè morbos & agrotationes animi appellaueris. Vt enim corpus sanum est, cum humores omnes temperati sunt, suoque quisque loco continetur, agrotum autem, si ita commoueantur, vt copiosior sit eorum aliquis, & perniciem cæteris machinetur. Sic sanè animus noster sanus iudicatur, si omnes illius partes & facultates suum teneant locum, neque aduersus rectum rationis imperium insurgat vlla: agrotus verò, si ita concitentur, vt quasi seditione facta inferiores contra superiorem exurgant. Propterea Zeno ac Stoici testimonio Tullij in quarta Tuscul. & Chrysippus apud Galenum in lib. quarto, & quinto de Hippocratis & Platonis decretis, perturbationem definiunt auersam esse à recta ratione contra naturam animi commotionem, & paucioribus verbis Tullius, Appetitum vehementiorem, rationi scilicet aduersantem, & vt idem ipse in libris loquitur de officiis, turbidum animi, concitatumque motum, auersum à ratione, inimicum mentis, vitæque tranquilla, quod morbi genus multò grauius esse, quàm sint corporis morbi, hac ratiocinatione concludit. Maximus Tyrius serm. 41.

” Animus, inquit, pretiosior est, quàm corpus: bonum igitur, quòd à pretiosiori prouenit, maius est.

” Maiori autem bono maius opponitur malum: sed maius bonum animi potius est, quàm corporis sanitas: maius igitur malum animi, quàm corporis morbus.

Mihi verò propositum est, quatuor primum earum causã se voluere. Deinde numerum, ordinem, bonitatem, ac malitiam proponere, tum de singulis seorsim dicere. Quòdque superesset postremum, quomodo virtus ijs omnibus moderetur, morali Philosopho considerandum relinquam.

## PRIMA DIGRESSIONIS PARS.

De perturbationibus vniuersis.

VT igitur à generalibus principium faciam, efficiens omnium causã, est anima. In iis enim dumtaxat perturbationes commouentur, in quibus est anima. Anima inquam sentiens non vegetans, neque intelligens. Nam in plantis nullæ sunt, neque in homine solo, sed & in cæteris animalibus vigent: irascuntur enim gaudent, tristantur, dolent, timeant, sperant & bestia. At sentiens anima tum sensum habet, & cognitionem, tum appetitum: perturbationesque ad appetitum, non ad sensum, pertinere; argumento est, quòd tunc præsertim excitatur, cum appetitus quidpiam, aut respiciat. Quamquam appetitus cognitionem semper supponit, nec vnquam nisi ex amplectendi boni, malire fugiendi, cognitione mouetur: maximeque ex imaginatione pendet, & fit per seipsum, vt re quæpiam vt valde bona, vel mala, per imaginationem proposita, commoueamur plurimum, est re ipsa nihil sit cur oporteat commoueri. Quod illorum exemplum, quires pictas intuentur, declarauit Philosophus in tex. 154. lib. secundi. & ideo in tex. 154. lib. tertij, appetibile dixit mouere vt intellectum aut imaginationem.

Stoici verò vt ex Tullio, Galeno, Laetioque cognoscis, & confirmat Laetianus libro sexto cap. 14. perturbationum omnium originem solam præuam opinionem esse voluerunt, extirpareque illas posse radicibus, si bonorum, malorumve opinio falsa tollatur: qua de re Epicetus, cap. quarto & Arpianus lib. secundo cap. 18. & lib. 4. cap. septimo, & Seneca lib. primo de Ira, cap. septimo, & pluribus alijs in locis. At verè intellexerunt Peripatetici motus hos omnes naturales esse, posseque à nobis temperari & cohiberi, omnino euelli non posse. Infiti enim animalibus sunt; vt salutem, atque incolumitatem suam procurent, dum aut acris persequuntur bonum, aut vehementius auerunt malum. Homini verò, vt virtutum materia sine & seges, quique eas ex homine tollat, virtutem quoque tollat. Sanè vel perfectò virtutis habitu comparato, si actionem illius breui tempore intermitas, perturbatio rursus insurgit, arcemque virtutis ac regnum oppugnat: penitus igitur extincta non fuit, sed cohibita & frenata: cui si laxentur habent, tunc demum intentatum nihil relinquat. Manet igitur, perturbationis omnis, vt naturalis est operatio, opificem esse animam, appetentemque illius facultatem, provt bonum, malumve præconcepit.

Quòd si perturbationem inordinatam ac rationi rebellem species ea plures alias habet causas. Aut naturalem corporis defectum, prauamque illas temperationem: qua fit, vt ad iram aliqui, alij ad libidinem, alij ad perturbationem, natura sunt procliuiores. Aut ignorationem, imperitiam, aut nuditatem: quòd nesciat quispiam quid sit bonum, quid malum. Vtramque causã sub Timæi finem complexus est Plato. Animæ, inquit, morbi propter corporis habitum nascuntur. Morbum animæ demeritiam esse censemus: eius genera duo ponimus, insaniam, & imperitiam, & quæ sequuntur. Arpianum

Aur prauam educationem atque assuetudinem nam qui perperam a pueritia, vel longiori aliquo tempore assueuerunt, pessimis deinceps per totam vitam perturbationibus opprimuntur. Sensuum demum cognitio diuersarum affert perturbationum causam: quippe facultatis appetentis motus est omnis perturbatio, & vt nihil appetitur, quod non fuerit cognitum, ita quod cognitum fuerit, appetitum quoque facile prouocat. Quid ergo? qui praua sunt corporis constitutione contrariis cibis, atque actionibus, eam corrigant: qui ignoracione laborant, bonis imbuantur disciplinis: quibus praua obfuit consuetudo, melioribus illam actionibus tollant, sensusq. omnes custodiant, ne quid hauriant, quod animum vehementius commoueat. Omnes verò etiam atque etiam Aristotelici illius meminerimus secundo lib. ad Nicom. cap. 1. Haud parum referre, immò omne momentum in eo positum esse, vt ab Adolescentia quis rectè instituat, assuescatque. Extantque hac de re non pauca apud Platonem in secundo & sexto de Repub. & Xenophontem in pædia Gyri, Senecam & alios; & Plutarchus Opusculum edidit de liberis educandis, in quo inter cætera monet, quemadmodum sigilla mollibus imprimuntur cæcis, ita & bonos mores puerili animo insculpti: magnamque putat habendam curam, & quibus nutricibus, & quibus pædagogis committantur: Platonem quæ moneri nutrices voluit, ne frivolas pueris aut turpes fabellas mandent, sed Phocylidis potius Poëtæ sententia;

*Dum tener estq. natus, generosus instrue mores.*

Pædagogum quoque talem esse natura vult, qualis Achilli Phoenix fuit, quem apud Homerum Peleus Achillis curæ propterea dicitur præfuisse, vt & dicendi & faciendi ductor ei esset atque magister. Refert etiam inter apophthegmata Laconica Plutarchus Agefilæum Leothychedamque dixisse, ea pueris esse discenda, quibus & viri viri sint. Addam & Pythagoricum illud; Quæ nigrantes habent caudas, gustari non oportere; hoc est cū ijs hominibus consuetudinem habendam non esse, præsertim adolescentibus, quos morum deprauatio denigrat. Carterum aliam quandam inordinatam perturbationum causam Theologi agnoscunt nostri; Primi scilicet Parentis commissum: quod sentientis appetitus aduersus rationis Imperium, cui promptè obsequabatur antea, rebellionem adduxerit. Id verò diuersitatem hanc in homine facultatum supponit, vt quædam superiores sint, alia inferiores, quædam rationales, alia irrationales, quædam ad imperandum, alia ad parendum & obsequendum comparata. Nam in bestiis vt motus quidam ira, cupiditatis, doloris, tristitiæ, & alij his similes, obferuntur, perturbationes tamen nisi priori fortasse vocis acceptione non dicuntur. Quod cum nulla in illis sit ratio, nulla est partium harum distinctio, nulla dissensio, nec appetitus vnquam à natura rationis expertis statu discedit. In mentibus item separatis, licet similes interdum legantur actus, nullus est perturbationibus locus, quod inferioribus careant facultatibus, quæ contra rationem rebellent. Solius igitur hominis propriae sunt inordinate hæc perturbationes, in quo vno diuersitas illa, pugna, & rebellio partium, inest. Omnisque commotionis mirum ac præcipuum instrumentum sanguis & spiritus sunt, dum cordis motu eleuantur & subident. Quare quæcumque commouere aut sedare sanguinem & spiritum possunt, plurimum etiam ad com-

mouendas aut sedandas perturbationes valent.

Iam vero ex his, quæ de efficiente causâ hæcenus dixi, reliquas omnes facile colligas. Etenim materia, quæ in accidentibus subiectum est, remota quidem illud fuerit, quod sentientem & appetentem animam habet. Nam etsi, vt auerfantur rationi, in solo sint homine, non insunt tamen in illo vt homo est ac ratione præditus, sed vt animal, sensumque & appetitum rationi repugnantem habet. Iurèque optimo Iulius Caesar Scaliger ex. 307. numer. 4. Cardanum reprehendit, eas in voluntate atq; appetitu rationali esse assentem. Non enim (argumentatur Alcinoüs cap. 24.) in nostra sunt potestate, immò repugnantem plerumq. voluntatem habent. Et Aristoteles in cap. vltimo, lib. secundi de priori Analyti, naturales motus esse affirmat, & in secundo moralium cap. 5. esse sine electione, & cap. 1. lib. 3. esse irrationales. Sentientis igitur animæ sunt cum ratione pugnantis, si modum excesserint. Sentientis autem, non vt cognoscens est & apprehendens, sed vt appetens: perturbationibus quippe ad obiectum mouemur, cognitione & apprehensione obiectum in nos transfertur. At proximum, & immediatum subiectum est cor: tum quòd appetendi vis ibi residet: tum quòd vt Aristoteles confirmat in tex. 63. lib. 1. & cap. 4. lib. 3. de part. anim. dum perturbamur, moueri cor illico & alterari animaduertimus. Sunt enim operationes conditione sua coniuncto toti communes, vt est in tex. 14. 64. 65. eiusdem primi lib. etsi in homine vt sola viget immaterialis & incorporea anima, ita in ea sola cohereat appetitionis animæ actus, vt ex ijs manifestum est, quæ de animæ facultatibus in secundo lib. definita sunt. Verum quòd actio illa conditione sua corporis organum postulet, corporis quoque commotio accedit.

Hinc est, quòd ab Eustratio in secundum moralium lib. cap. quinto, & Nemefio lib. 4. Philosophia cap. octauo. Perturbatio vniuersè accepta definitur (definitione autem continetur forma) esse animi motus per sentientem appetitum in bonum aut malum imaginatione apprehensum: addi posset, ob animalis conseruationem. Neque dissentit Alcinoüs, cum esse dixit animi motum rationis expertis, vt ex bono quodam aut malo natum. Vnde perturbationes confecit neque iudicia esse, neque opiniones: nam hæc ad superiorem pertinent animæ partem, perturbationes in inferiori sauiunt. Quare quod in quarta Tuscul. Tullius ægritudinem definiuit præsentis mali opinionem, lætitiãque opinionem præsentis boni, metum opinionem imminentis mali, ac demum libidinem opinionem venturi boni, nisi ex Stoicorum schola profectum sit, meliore intellectu poterit accipi, perturbationes hæc non tam iudicia & opiniones esse, quàm ex illis in nobis proficisci. Cur autem ex recenti potius, quàm inueterata opinione aut apprehensione, oriri perturbatio dicatur pulchrè Possidonius exposuit testimonio Galeni lib. quarto ante indicato. Quòd inmodicum omne & peregrinum subito irruens perturbet animum, vitatum, confuetum, & inueteratum, aut nihil, aut parum admodum affectus moueat. Idem verò Galenus Chrylippum arguit inconstantia, quòd is vno loco perturbationes contenderet iudicia potius esse, quàm iudicij succedere, ægritudinemque propterea definiret mali recentis, & voluptatem præsentis boni, opinionem præsentem.

ZZZZ ij

*Adolef. conu. m. educatio.*

*Perturbatio instrum. mentu.*

*Perturbatio materia.*

*Perturbatio formali causa.*

cum tamen opiniones & iudicia in parte tantum superiori alibi collocaret, voluptatemque & dolorem in inferiori, quam sine ratione ac iudicio esse dicebat. Sanè Aristoteles eas ubiq. motus esse inculcat, & quidè naturales, irrationales, corporiq. communes, & vt in text. 15. lib. 1. loquebatur, rationes in materia: & in 2. de arte dicendi cap. 1. affectus esse definit, quib. homines commoti alio atque alio modo iudicant. Quinetiam ipsimet Stoici perturbationem inquebant a uersam esse à recta ratione animi commotionem: vt quæ de iudicio & opinione mox loquuti sunt, ad causam & originem, non ad rationem formalem perturbationum referenda, iudiciumque & opinio, non tam mentis ac rationis, quam sensus & imaginationis, intelligentia esse videantur. Sed omnino melius Peripatetici motionem appetitus sentientis perturbationem esse dixerunt. Quæ motio aliam significat appetitus in obiectum cognitum tendentis, ab eòve recedentis, actum inquam prosecutionis aut fugæ. Vnde in corpore quoque fit motio uehementioris dilatationis, vel contractionis cordis: dilatationis, si appetitus amplectatur obiectum & in illud tendat, contractionis, si auerfetur & ab eo refugiat: Inde uero sanguinis & spiritus, qui in corde resident & à corde pendent, commotio sequitur. Atque hinc duo intelligas. Alterum, eas potiori iure perturbationes dici, quæ cum motione sunt naturæ animalis minus accommodata, quales sunt, quæ contractionem habent cordis. Minus enim hæc animali salutaris est, quam dilatatio, hæcque sunt perturbationes, quæ ad fugam spectant, Metus & Tristitia, quibus malum naturæ atque incolumitati animalis contrarium auertitur. Alterum cur nam ij, qui delicatioris sunt corporis constitutionis, facilius, & leuius, ac uehementius perturbentur. Nam quo melior est & perfectior corporis temperatio, eo apprehensio perfectior, uehementiorque appetitio, & totius corporis commotio maior.

*Perturbationis quæ minus nominantur.*

Finis porro perturbationum omnium, vt naturales quædam commotiones existunt, conseruatio est animalis. Propterea enim inferuit eas animalibus natura, vt bonum quæritantia & auersantia malum, vitam atque incolumitatem tuerentur suam. Et vt sensum dedit, quo uilia diiudicarent & noxia, sic & appetitum adiunxit, quo prosequerentur bona malaque respuerent. At perturbatio ea, quæ rebellis rationi sit & contraria, uehementius scilicet incitata, nullum sanè à natura propositum habet finem. Natura namque bonum semper querit, immoderataque perturbatio malum ubique adducit & damnum, aut animæ, dum rationis iudicium peruertit, impeditque ne uerum & falsum discernat, atque adeo ad peccatum impellit: aut etiam corporis, dum plurimos sæpè & grauissimos morbos, vel etiam interdum mortem adfert: quòd absque corporis motu ac perpeffione non constet. Si quidem Amor sanguinem accendit & spiritum, & qui amant, calefcunt & ardent, Amorque & Charitas ardor quidam esse dicitur: & qui corporis habitu calidiores sunt, promptiores item ad amandum existunt. Tristitia uero spiritum & sanguinem crassorem efficit: & contra si spiritum & sanguinem crassum habeas, perturbationi huic obnoxius fueris: sicut qui tenuem & purum habent, ad hilaritatem & lætitiã propensiores cernuntur. In timore spiritus & sanguis relictis exteriorib. partibus ad cor confugiunt. Vnde partium exteriorum tremor. Contra in uoluptate, gaudio, & spe, à corde ad partes omnes

*Perturbationis immoderata damna.*

A effunduntur. Quæ est causa, cur ex nimia lætitia aut uoluptate facilius, quam ex tristitia vel morte, moriatur homo: uacuo scilicet ac spiritus dilata-  
buto corde. In senibus uero maxime periculosa est, repentina lætitia: quoniam ubi parum est sanguinis & spiritus facilius uacuatur cor. Cum igitur perturbationes hæc tantam in corpore commotionem faciant, nisi sanguis & spiritus conuenientem suam ac temperationem teneant, calefcant nimirum aut refrigerentur, contrahantur aut effundantur, & negotationis ac morbi, uel etiam mortis, causa sunt in animalibus. Quamquam & ex accidenti possunt esse boni cuiuspiam causa: tum animæ, si ut par est cohibeantur, & idè virtutum materia ac leges meriti esse dicuntur: tum etiam corpori, dum sanguis fortasse frigidior amore calefcit, aut ira, aut perturbatione alia excitata, ad meliorem trahitur temperationem.

Venio ad alterum propositionis meæ caput, in quo de perturbationum numero dicendum est. Non eundem fecerunt omnes: sed principio ponenda est appetitus illa distinctio, de qua in superioribus diximus: quorum alter concupiscens nominatur, quòd uehementissimam affectu cupiditas sit: alter irascens, quòd turbulentissima eius perturbatio sit ira. Hinc ita perturbationes distribuere placuit S. Thomæ in prima secunda quæst. 23. vni altero sex omnino, in altero quinque perturbationes agnouerit. In concupiscente amorem, odium, desiderium, fugam gaudium, & dolorem: In irascente spem, desperationem, timorem, audaciam, iram, cum enim prior circa bonum & malum absolute uerfetur, hæcque tribus modis spectentur: tres circa bonum, & totidem circa malum, perturbationes existunt. Primum enim spectantur bonum & malum secundum suam naturam: vnde quia bonum cognitum placet, excitatur amor, complacentia & inclinatio in illud: malum displicet odiumque commouet, displicentiam & auersionem ab illo. Deinde ut absentia sunt: bonique desiderium oritur, & mali fuga: illud uelut inclinatio ad boni confectionem, hæc ut auersio seu auersio mali. Denique ut euadunt presentia: adeptique boni est gaudium & uoluptas, ceu animi quies in illo, mali dolor & tristitia. Dum uero posteriori proponitur bonum aut malum arduum ac difficile, si bonum acquiri possit, oritur spes, hoc est amor absentis boni, licet ardui: quòd si te illud consequi non posse credas, desperatio nascitur, qua propter nimiam difficultatem à bono auertitur appetitus. Si uero arduum malum imminens occurrat, si uitari nequeat, oritur timor, quasi ab illo fuga, si uitari possit, audacia, hoc est ad illud repellendum motus. Quamquam hæc bonum quoque difficile spectare uidetur, uelut ad illud consequendum motus desiderio respondens. Nisi fortasse hic ipse motus sit spei, timorque & audacia opponantur spei ac desperationi, quod ille sint mali, hæc boni: rursumque timor aduefcit audacia, speiq. desperationi, vt oppositum motum circa idem obiectum significant. Postremo accedit ira circa malum arduum iam presentem, aut repellendum, aut si fieri possit ueliscendum: Ideoq. uisionis appetitus esse dicitur. Circa bonum arduum presentem sextam non addit perturbatio, quia quando est presentem, rationem ardui non habet amplius: quæ ad irascentem appetitum iam non spectat, sed concupiscens gaudium & uoluptas facit. Ita unica fuerit in appetitu concupiscente perturbationum oppositio

oppositio ex obiectis dicta, bono aut malo: in irascente duplex, altera ex accessu & recessu opposito circa idem obiectum motu. Sola ira nullam habet oppositionem, Non enim ex obiecto, quoniam bonum presens oppositum malo, quod illius obiectum est, ad appetitum concupiscentem pertinet, cum ardui rationem iam non habeat: neque gaudium, quod circa illud exoritur, iram opponi potest, quod in diverso sint appetitu. neque ex opposito motu, quoniam presente malo aut appetitus succumbit, & oritur dolor vel tristitia, aut contra illud insurgit, & nascitur ira: quæ sanè perturbaciones diuersorum sunt appetituum. Si quid igitur opponatur iræ, id cessatio fuerit ab ira: quæ non contrariorum, sed priuantium more opponitur.

Secus autem in 3. sent. lib. dist. 34. concupiscentem appetitum ad omne bonum & malum sensibile, vel etiam arduum, extendit: atque irascentem ad illud solum contrahit, quod bonum impediatur vel inferat malum. Ita in hoc solum posuit iram, in illo ceteras omnes. Et Nemesius cap. 8. & 9. antea significati lib. cum gaudium, desiderium, timorem, tristitiam, & iram, nominasset, priores quatuor in concupiscente dixit esse, postremam in irascente. Pleerique alij non tam cunctose separauerunt, sed perturbaciones solum commemorarunt. Aristoteles in secundo de arte dicendi, oratoriam animorum perturbationem considerans, iram, Mansuetudinem, Amorem & Amicitiam, Timorem & Confidentiam, Verecundiam, & Inuerecundiam, Gratiam & Commiserationem, Indignationem, Inuidiam, Emulationem. Et Galenus in lib. de cognoscendis & curandis animi affectibus, Excandescenciam, iram, Timorem, Mærorem, Inuidiam, Cupiditatem, Amorem, & odium. Et si post inuidiam, amore, & odio prætermisissis, reuocari ad quinque. Alij alias, quos longum esset commemorare.

At Stoici quatuor omnino generales ex duplici bono maloque duplici opinato posuerunt, *in bono, in malo, in seipso, in aliis*, cupiditatem inquam seu libidinem & immoderatam appetitionem futuri boni: voluptatem seu letitiam nimiam presentis boni: Metum ac timorem a quo maiorem futuri mali: tristitiam & ægritudinem ex presenti malo profecta. Quam eandem partitionem Plato fecit sub finem Timæi, & post eum Alcinoius cap. 24. est duas omnium primas & quasi aliarum elementa statuens, voluptatem & dolorem. De quarum mira prorsus coniunctione extat in Phædone præclara Socratis manu cras fricantis sententia. Quam mira, inquit ille, videtur hæc res esse, quam nominant, Homines voluptatem, quamque miro naturaliter se habet modo ad dolorem ipsum, qui eius contrarius esse videtur. Quippe cum simul homini adesse nolint. At tamen si quis prosequitur capitque alterum, semper ferè alterum quoque accipere cogitur, quasi ex eodem vertice sint ambo connexa. Arbitror equidem Ælopm, si hæc auertisset, fabulam fuisse facturum. Videlicet Deum ipsum, cum ipsa inter se pugnantia conciliare vellet, neque id facere posset, in vinum eorum apices coniunxisse, propter eaque cuiusque adesse alterum, eidem mox alterum quoque adfuturum. Sed & Aristoteles duas hæc veluti cæterarum omnium fontes esse indicauit, cum in 2. de moribus lib. cap. 3. mortalem virtutem scripsit circa voluptatem & dolorem versari, duabus his vocibus perturbaciones omnes complectens. Et cap. 5. perturbaciones commemorans,

**A** Cupiditatem, iram, Excandescenciam, Timorem, Fiduciam, Inuidiam, Gaudium, Amicitiam, Odium, desiderium, Emulationem, Misericordiam, subiungit, ea denique omnia, quæ voluptas vel dolor consequitur: quasi in his duabus reliquæ cernantur omnes & vigeant. Porro quaternarium quoque, illud Stoicorum numerum ita probauit Tullius in quarta Tuscul. & in oratorij partitionibus, vt illa scripserit esse quatuor prima perturbationum genera, singulorum verò generum partes plures. Probauit & Boëtius in extremo primo de Consolatione libro, metro illo;

*Tis quoque si vis  
Lumine claro  
Cernere verum,  
Tramite recto  
Corpore callem,  
Gaudia pelle,*

*Pelle timorem  
Spemque fugato,  
Nec dolor adsit.  
Nub. la mens est  
Vni cuique frenis,  
Hæc vbi regnant.*

Cuius loci interpretationem dum facit S. Thomas, has tantum quatuor fatetur capitales esse ac præcipuas perturbaciones, illoque ipso argumento, quo antea vsus est, ex bono maloque, aut presenti aut futuro.

Cæterum cum eas Stoici nolent vnquam in virum sapientem cadere, & in bonas adiungere quasdam, hoc est bonas, & laudatas animi motiones, ægritationem illarum veluti sanitates, sapientis proprias. Tullius Constantias vocat: *ἄρα, βούλησι, ἀνδραγαθία*, id est gaudium, voluntatem, cautionem. Gaudium voluptati medetur, voluntas cupiditati, cautio timori: vt moderatè presenti delectemur bono, bonumque expetamus, quod expeti debeat, vel, vt par est, futurum vitemus malum. Ægritudini seu tristitie Medicinam nullam esse voluerunt: quod vt est apud S. Augustinum lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 8. in presenti malo versetur illa, sapiensq. nunquam in malum incidat; siquidem malum nullum sit, nisi turpitudine & stultitia. At si nullum malum accidere sapienti potest, ne circa futurum quidem malum ponenda Eupathia fuit; aut si circa futurum ponitur, circa presens item moderatè tolerandum ponatur. Ergo quaternarius ille perturbationum numerus teneatur. Et si enim dum omnes animæ motus spectantur, qui cum aliqua corporis commotione fiunt, siue appetentis, siue apprehendentis virtutis exsultant; velut sius sit sanè cum corporis commotione at non ab appetente, quin potius ab apprehendente virtute: aut etiam solius appetentis considerantur actus, siue cum corporis commotione, siue sine commotione fiant. Sint sanè multè plures. Si tamen solos eos consideres, qui cum cordis commotione ab appetitu proueniunt, paucissima sunt perturbationum capita, ad quæ cætera omnes pertineant. Illa verò sunt, Desiderium, Gaudium, Timor, Tristitia. Nam & verum habent cordis motum, quod proprium est tum domicilium tum organum perturbationum, appetentisq. virtutis: & vniuersum perturbationum atque appetitus obiectum, bonum & malum, tum absens tum presens amplectuntur; absens desiderium & timor, perturbaciones oppositæ; presens gaudium & tristitia, quæ oppositionem item habent, vt opposita sunt illarum obiecta, bonum & malum: atque in corpore quoque diuersam, & verò oppositam, commotionem faciunt, in bono dilatationem, in malo contractionem. Binas autem illas, quæ circa bonum sunt, desiderium & gaudium;

ZZZZ iij

*Stoicorum  
Eupathia*

*Perturbaciones  
primarias  
quatuor*

& binas item, quæ circa malum, timorem & tristitiam, non oppositas, sed subordinatas, dicimus: desiderium quippe ordinatur ad gaudium, & ad tristitiam timor. Diuersas tamen ac specie distinctas eas esse, diuersus operandi modus distinctumq. formale obiectum, præfens absensve, satis ostendunt.

Ira ex amore boni fugiæ: mali composita esse videtur. Quippe duos in corpore oppositos habet motus, dum vt vltionis seu boni cuiuspiam appetitus est, sanguinem ac spiritum ad exteriora impellit, quatenus autē feruor sanguinis circa cor tristitiãq. adiunctam & comitem habet, mouet ad cor. Quæ est causa, cur ex ira moriatur nullus, quod neque penitus vacuetur ac destituatur, neque profus opprimatur & suffocetur cor. Reliquæ omnes perturbationes, quæ præter has commemorantur, vel quatuor illarum principia sunt, vel ut amor & odium, vel illis comitantur, vt voluptas & dolor. Sic enim Aristoteles loco ante notato diuersas numerans perturbationes esse, quàm perturbationes cõsequi omnes. Vel demq. partes illarum sunt, ad easque reuocantur, vt earum pleræque, quæ antea fuere propositæ. Quodque de irascens appetitus perturbationibus addidit S. Thom. appetitum illum accipit à concupiscente distinctum esse: quod non ita esse ostendimus in superioribus.

Ex ira  
cur nullus  
moriatur.

De perturbationibus  
num ordinat.

Bonum  
prius  
malo.

Perturbationes  
bonæ ne  
sunt mala.

Quocirca minus fuerit necessaria proluxa illa eiusdem Doctoris in prima secundæ quæst. 25. disputatio de ordine perturbationum concupiscentis & irascens appetitus. Vniuersè verò, quæ circa bonum versantur, natura sua priores illis sunt, quæ respiciunt malum. Bonum siquidem natura prius est malo, tum quia illud habitus, hoc priuatio: tum quia malum sine bono non est, bonum sine malo esse potest. Speciatim autem amor & odium principia sunt illarum quatuor, quas propriè perturbationes primas diximus. Inter quas prima est desiderium seu concupiscentia boni, vnde concupiscentis appetitus nominatur, & timor mali. Deinde gaudium sequitur seu voluptas adepti boni, tristitiãq. presentis mali.

De his igitur dicendum mihi erit, principio factò ab amore & odio, quæ ceterarum quasi initia sunt. Si primum illud monero, Stoicos in ea sanè fuisse sententia, vt perturbationes omnes dicerent esse malas, quippe aduersantes rationi: ideoq. virtutem apathiam quandam esse, hoc est impatibilitatem, indolentiam, & stuporem, seu vacuitatem & carentiam perturbationum. Et Prochum in primum Platonis Alcibiadem duplicem animæ prauitatem tradidisse, ignorantiam, & discordiam irrationalis partis à rationali: illam velut animæ deformitatem, hanc veluti morbum. Quam ob causam Platonis illud atque Pythagoræ præceptum, fugiendam esse multitudinem vt simplicissimam veritatem consequaris non solum de exterioris populi, sed multò magis de varia perturbationum multitudine magis nos distrahente atque fallente, interpretatur. Verùm eas vt entia quædam sunt, manifestum est bonitate transcendente, quæ vbiq. comitatur eas, bonas esse. Bonitate autem morali, sanè vt sunt à natura, nec bonæ sunt nec malæ: vt autem aptæ sunt obedire rationi, euadunt bonæ, si obediant, malæ, si non obediant, sintque causa peccati. Eam verò omnino vim habent in humanis actionibus, vt si rationem præueniant, magnopere minuunt, si subsequantur, augeant actionis bonitatem aut malitiam. In bono namque si perturbatio à ratione imperetur, augetur bonitas; quod intensior actus & cum maiore animi

A applicatione fiat: si non imperetur, sed ipsa sponte accedat, perfectionem indicat actus & bonitatem. Idemq. de mali actus malitia iudicium esto.

### ALTERA DIGRESSIONIS PARS.

De perturbationibus in specie.  
Ac primum de amore.

Mirum est quàm multa scripserint de Amore non solum Peripatetici in 8. & 9. de moribus libro sub amicitia nominis sed & in conuicio Plato, ac Platonici penè omnes, vt Plotinus in lib. qui est quintus Æneadis tertie, Proclus in Alcibiadem primum, Alcinoius cap. 25. Maximus Tyrius, serm. 8. 9. 10. & 11. Marfilus Ficinus in Platonis Dialogum, Plotiniq. lib. & alij complures: scripsere quoque Poetæ. Mihi propositum est hæc exponere: Quis sit Amor & quotuplex: quod illius obiectum: quis ortus, quæque progressio: ac demum quæ effecta, signaque amoris.

Quid & quotuplex Amor.

Ergo petmulti Amorem Deum quemdam fecerunt, & quidem magnum & antiquissimum & apud gentes Deos Homineq. admirabilem: vt Orpheus in Argonautica, Hesiodusq. in Theogonia, quos in libro de Natura sequutus Parmenides est. Et enim ante Mundum chaos posuerunt & ante ceteros Deos Amorem in ipsius sunt, velut desiderium, quo informe chaos appetit regem, id est ornatum & pulchritudinem: Quam sententiam Poetæ omnes sequuti sunt; & vt Platoniorum quoque exponit & tractat Ficinus. Namque Phædrus ex antiquitate Amore ostendit honorandū esse. Antiquitas autem probatur: tum quòd Parentes illius ignorentur: tum quòd & Hesiodus in principio chaos principia duo posuit, terram & Amorem, & Parmenides amorem dixit primum inter Deos fuisse. Agathon autem Deorum beatissimum, pulcherrimum, & optimum: tum quòd omnium maximè iuuenis sit, ideoque senectutem fugiat, seseq. iuuenibus miscat: tum quòd inter flores perpetuò habiter, nunquam in eo, quod defloruit, siue corpus sit, siue anima, siue aliud quid vis: tum quòd maximè omnium apta & composita forma ac figura ornatus sit, cumq. deformitate implacabiles inimicitias generat. Tenebrum tamen & mollem: quòd mollissimis sese infinet rebus, animis Deorum & Numinum, eorumque, qui mitem ac mollem animum habent. Nam si durum offenderit, aufugit. Quin & aquæ instar liquidum ac lubricum: alioqui per omnem animam vndiq. circumfluere, clamque influere & effluere non potest, si durus esset ac rigidus. Esse verò iustum, neque inferre vnquam nec pati iniuriam: quoniam nihil vi, sed omnia sponte agit & patitur. Esse temperantem: quia cum temperantia sit voluptatibus dominari, voluptas nulla est amore potentior: quare ille omnibus dominatur. Esse fortem, quippe ne Mars quidem illi resistit. Ac demum esse sapientem, quòd artes omnes doceat, cunctaq. tam inter Deos, quàm inter homines disponat.

Cur autem Phædrus antiquiorem ac seniores Agathon iuniorem ceteris Dijs amorem fecerit, duplicem apud Ficinum oratione quinta in Conuuium cap. 10. causam reperies. Alteram quòd Deus omnium Parens Intelligentias ceteras amore quodam se communicandi procreat; illaque nota

Parentem suum vicissim diligunt. Vt amor, quo gignuntur, antiquior illis sit ac senior, is verò iunior, quo genitæ Parentem suum amat. Alteram, quòd Angeli non priùs à Deo acceperint Saturni atque aliorum Planetarum ideas, quàm ad eius faciem amore ingenito hæterentur. At postquàm acceperunt, flagrantius Parentis munus amant. Ita dilectio Dei partim est idis antiquior, quæ Dij dicuntur, partim iunior.

*De Amore quid Plato.*  
Sed contra pugnat acriter Diotima Sybilla, Platonique potius, (vt inter ceteros obseruauit Plotinus) videtur fuisse sententia. Amorem enim neque pulchrum esse contendit neque bonum: siquidem propter pulchrorum bonorumque inopiam hæc ipsa, quorum indignus est, appetit. Neque item turpem, neque malum: sed inter hæc medium. Et idè neque Deum, quoniam Dij omnes & pulchri & beati. Neque etiam mortalem, neque immortalem, sed mortalis & immortalis medium: nempe magnum quendam dæmonem: omnis quippe dæmonum natura inter mortales Deosq. media. Quo illud spectat Procli, amorem neq. in primis entium neque in vltimis collocandum esse: non in primis, quoniam ipsum amabile superius est amore: neque in vltimis, quoniam amans amoris particeps est. Sed inter amabile & Amantem medium quiddam esse, illo posterius, hoc prius. Quapropter magnum dæmonem dictum fuisse interpretatur, quòd ubiq. medium impleat inter illa, quæ appetunt, & quæ appetuntur. Vt amabile primum sibi vendicat gradum, amans tertium, & amor inter vtrumque medium; congregans & colligans inuicem appetens & appetibile, & implens meliore deterius. Hinc eloquia sacra Amoris ignem copulatorem appellant; quòd ab intellectu procedens, sequentia cuncta inter se atque illi deuincit. Intellecti namq. pulchritudini Deos omnes conciliat, Dij verò dæmonas, nosq. dæmonibus ac Dij Idcirco magnum dæmonem dici ait Proclus, Socratemque vbi de amore disputat, de dæmonibus quoque differere: nec ipsum amatoriam vnquam vitam vsque adèd rectam perfecturum fuisse, vt apud Platonem legitur, nisi afflatu eam dæmonis elegisset. Hinc demum illud Alcinoi, Amorem Dæmonem potius appelladum, quàm Deum in terrenum corpus nunquam demersum, qui diuina ad homines contrâq. humana ad Deos communiter transmittit. Quod dæmonum munus esse in Platoni conuuiuo legimus.

Ceterum hæc omnia, quæ à sapientibus viris tradita sunt, alio, quàm verba sonant, accipienda sunt intellectu, effectusque potius & conditiones amoris indicant, quàm naturam. Alioqui non Peripatetici modò, sed & Platonici Plotinus amorem ostendunt perturbationem quandam esse, aut perturbationum potius omnium principium: alijque minùs alij magis latè patere volunt. Et Epicureus Homo Lucretius venerem solum ac turpem amorem visus est agnouisse, vbi ex parte amantis desiderium esse definiuit, quo se totum in amatum transferre cupit, quod iactu feminis ex toto decisi corpore consequi se posse sperat: ex parte verò amata desiderium, quo amantem totum capere optat. Scitum est Arthemisia illud Mausolum Caria Regem Maritum suum tantopere adamantis, vt demortui ossa in pulueres redacta potionique aspersa ebiberit, vt illius corpus intra se haberet. At certè constat communem hanc amoris notionem non esse, alioquinque plerisque amores esse honestos ac pudicos, Pa-

*Amores plures esse sine cupidinis.*

rentum erga filios, filiasque, & horum vicissim erga illos, fratrum, Amicorum &c. Deinde amat homo animalia bruta, vicissimque hæc amant hominem, vt videas in Cane, Equo, & aliis pluribus. Res quoq. inanime amantur ab homine: in quibus amoris alia ratio quærenda est. Vt mittam naturalem illum & minùs propriè nominatum, quo ignem dicimus amare superum locum, terram inferum, plantasque nonnullas certum quoddam soli genus, solisque aspectum omnes. Immò verò Paulanias apud Platonem duplicem distinxit Venerem, caelestem vnã & antiquiorem, celo natam, absque Matre, alteram vulgarem, communem & iuniorem, Ioue ac Dione progenitam: duplicemque item amorem, alterum vulgaris Veneris, vulgarem & ipsum, qui quod eumque contingit peragit: eoque prauis, & abiecti homines amant, ad explendum enim desiderium inhiant; honestè vero necne expleant, non curant. Alterum caelestem prorsus ac caelestem Veneris, petulantie omnis expertem: quo qui inspirantur, masculinum genus, natura robustius, generosius ac mentis magis particeps amant: nec pueros, sed adolecentes cum mente valere iam ceperint: hi enim parati sunt per omnem vitam simul viuere. Preclarum vero esse magis palam amare, quàm clandestinum: eosque presertim, qui generosi sint & optimi, etsi corpore minùs formosi. Præuimque illunque illum amatorem esse, qui corpus magis, quàm animum, amet. Neque enim stabilis est & constans in amore, dum rem minimè stabilem & constantem amat. At bonorù morù amatorè, cum rem se setur stabilem, per omnem vitam perseuerare, optimumque amatorem esse. Turpe etiam esse, vel pecuniarum copia, vel magistratù potentia, vel aliis huiusmodi rebus capi. Sed caelestis ille amor tam priuatim, quàm publice, amantem atque amatum ad virtutis curam studiumque cogit. Hæc Paulanias:

*Venus duplex duplex amor Platoni.*

*Venus amator quæ.*

Eryximachus autem medicus tum eandem amoris partitionem probat: Tum verò non modo in animis hominum erga pulchrum eum agnoscit, sed in animalium quoq. omnium ac plantarum corporibus; immò prorsus in omnibus quæ in natura sunt, dum ex contrariis constant. Duplex enim, inquit, in his est amor. Alter, quo conciliantur contraria, & ad temperiem atque concordiam reducuntur: quam concordiam bonum amorè dicit. Alter, quo eadem hæc contraria malè concordant, velut in ægrotis corporibus humores: atque hic amor malus est. Verum impropria iam & nimis latè patens est amoris hæc notio qua sani potius aut ægroti quàm amantes dicamur: amorque propriè sentientis appetitus perturbationem nunc nobis significat, quæ non nisi in homine & animalibus ceteris esse potest.

*Amor duplex improprimus.*

Quamquam non desunt, qui reiectis bestiis, quadruplicem Venerem ex Platoniorum sententia commemorent. Namque cum Venus gignendi facultatem significet; Prima est diuina, in Deo: altera caelestis, in celo: tertia humana, in homine: quarta in mundana anima. Atque humanam rursus duplicem faciunt: quarum altera sit vis intelligendi, cuius semen, species aut phantasma: Altera facultas gignendi, eaque ex duplici femine, tum corpore, tum animastico & quasi spiritali, quod in virentium ac morum concinnitate consistit: quo cum quis fuerit plenus, effundere illud peroptat in alterius hominis animam, vt in ea sibi simile pulchrum gignat. Et quoniam venerem sequitur semper amor, tam multiplex item est amor. Atque in homine sanè triplex.

*Venus quadruplex Platonicis.*

*Venus in homine duplex.*

*Amor triplex hominis.*

Primus intellectiuus, quo intelligere cupit fruique intellectibus pulchris. Alter modestus & moralis, quo animasticum semen emittere optat. Tertius cupidineus, quo genitale semen & corporeum effundere concupiscit. Indèque cupido duplex, masculus seu cynediceus, & fæmineus seu muliebris.

*Amor uniuersè quadruplex Platonicus, & humanus triplex.*

Alij quadruplicem statim amorem proponunt; Diuinum, Angelicum, Humanum, naturalem: Humanumque triplicem. Primum Homini ad Hominem: qui vel inter masculos est, vel inter fæminas, vel inter masculum & fæminam, vel eiusdem ad seipsum, quem Græci *φιλανθρῶπις* vocant. Alterum hominis ad res naturales ipso inferiores; siue animatas, siue expertes animæ, siue natura, siue arte constantes. Tertium ad res eas, quæ supra hominem sunt, Deum ac separatas mentes. Ac rursum humanus amor, aut voluptarius est, aut officiosus, aut propicius. Primus desiderium est fruendæ voluptatis, secundus fruendæ modestiæ, tertius fruendæ utilitatis.

*Amoris definitio, amoris duplex.*

Sanè Diotima uniuersam amorè bono pulchroq; definiuit. Amorem inquiens appetitionem esse, qua bonum sibi semper esse quis cupit appetitionisque modum exponens hoc symbolo, partus in pulchro quem partum tum animæ vult esse, tum corporis. Cum enim anima quoque omnium hominum prægnans sit & grauida, vbi ad certam ætatem venerit, parere cupit. Nec potest diuinum hoc opus perfici in turpi, quod à diuino dissonum est, & absq; propositione: sed in solo pulchro, quod est diuino consonum & proportione constans. Est enim per absurdum (inquit Plotinus) naturam pulchra volentem facere, velle in turpi aliquo generare. Ergo pulchritudo est veluti Parca & Lucina generationi: quotiesque quod grauidum est adhæret pulchro, lætitia gestit, voluptate perfunditur, & generat: adhærens autem turpi, dolore tristitiq; contrahitur, auertitur, nec generat, sed factum retinens angitur. Ideo quod concipit adultumq; ad generationem anhelat, circa pulchrū maximè obuerfatur. Amorq; non tam est pulchri, quam generationis partusque in pulchro: Ita vt quisque corpore aut animo grauidus est, alium sibi similem gignere concupiscit, passimque vagatur & quærit pulchrum, in quo generet: pulchrum inquam, aut corpore, aut animo, aut vtroq; Eo inuento dum familiariter vitur, quæ conceperat parit, & quod nascitur, cum illo communiter nutrit & educat. Vnde arctiorem communionem firmioremq; Amicitiam contrahunt, quam mortalium filiorum Parentes, quippe qui in immortalibus ac pulchriorib; filiis communiter.

*Alteræ generis amoris definitio.*

Hinc aliæ duæ amoris definitiones. Diotimæ altera, amorem esse immortalitatis desiderium. Altera Platoniorum communis, amorem desiderium esse fruendæ effingendæque pulchritudinis in pulchro. Vtraque tam ad animam spectat, quam ad corpus. Prior quidem: tum quia colligitur ex eo, quod amor est appetitio, qua bonum sibi quisque semper adesse desiderat, desiderata autem non modò corporis, sed multò magis animi bona: tum quia vt corpus, sic anima prægnans est & grauida, cupitque parere, vt immortalitatem consequatur. Posterior: verò, tum hanc ipsam ob causam, tum quia pulchritudinis finitionem inquirunt non modò tactu, sed & aspectu, auditu, mente, & aliis similibus modis constare posse.

*Amor triplex in homine.*

Vnde triplicem amorem faciunt. Primum diuinum, contemplatiui hominis, qui à formæ corpo-

ralis aspectu ad spiritalis ac diuinæ cōtemplationem accendit, hocque potissimum ars amatoria continet. Alterum feruē, hominis voluptuosū, qui ab aspectu ad tangendi concupiscentiam descendit. Tertium dendi & conseruandi oblectatione contentus est, & inter alios duos quasi medius consistit. Vt cum amor dat ad mentem, secundus ab aspectu delictat ad tactum, tertius in ipso aspectu remaneat. Sunt qui quadruplicem faciunt. Vnum intellectuum, quod desiderium est fruendæ pulchritudinis, quæ in rebus est intellectibus. Alterum sensitiuum, cuiusque triplicem. Primum intentionalem, quo aspectu & auditu frui cupimus pulchritudine, quæ in aspectabilibus est, sonisque ac vocibus. Secundum, quo corporeis magis sensibus, odoratu, gustatu, & tactu, absque venereo tamen appetitu, frui desideramus pulchritudine, non modo intentionaliter, sed & re ipsa. Postremum venereum ac turpem. Præterea non solum vnam, sed multiplicem constitunt illi pulchritudinem; aliam intellectibus mundi, quam diuinam vocant, aliam animæ, aliam magni seminatæ, aliam ipsius corporis. Quare cum amor circa pulchrum versetur, toridem etiam amores agnoscat.

Rursum de diuino atque omnium præstantissimo amore ita philosophantur. Deus ternario numero gubernat omnia; dum primum creat singula, deinde de rapit ad se, tum perficit. Ternario item omnia terminantur, dum primum à Deo efficiunt, deinde ad illum resuunt, tandem in eo perficiuntur. Ideo Deus bonus, pulcher, & iustus. Bonus, vt creat seipsum communicando: pulcher, vt ad se alliciat: iustus, vt pro cuiusque merito perficit. Ita pulchritudo inter bonitatem & iustitiam est, effluens à bonitate & ad iustitiam profluens. At pulchritudo diuina exorat nimirum amorem in omnibus ac desiderium sui, dum ad se rapit mundum mundusq; rapitur, continuo quondam attractus motu, veluti circulo incipiente à Deo in mundum, & à mundo in Deum tandem redeunte. Sed vt à Deo incipit & allicit, pulchritudo vocatur; vt in mundum transit eumq; rapit, dicitur amor, vt in Deum redit atque illi diuini coniungit opus, appellatur voluptas. Hinc Deum, seu bonitatem omnia producentem ponant in centro, & circa illud quatuor circulos, mentem, animam, naturam, & materiam: quod hæc omnia ita procedant à Deo, vt ad eum redire cogantur. Mens tamen circulus est stabilis; quod & substantia & operatio eadem semper permaneat. Anima, tam mundi, quam alia quæuis, circulus per se & in se mobilis, quoniam discurrendo cognoscit, temporumq; circulus operatur, & operatio in ipsa remanet. Natura circulus mobilis in alio, non ab alio: mobilis quidem & non ab alio, quia vis illa generandi, quæ est natura, non est quædam animæ per se motus: in alio autem, quia omnis eius operatio terminatur in corpore. Deniq; materia circulus mobilis in alio & ab alio, quia omnis corporis moles & in loco & ab alio mouetur. Vnde pulchritudinem vocant Dei radium quatuor illis insitum circulis; ita vt omnes in illis rerum omnium effingat species: in mente ideas, in animarationes, in natura femina in materia formas: atque in his quatuor circulis quatuor hi splendores pulcherrimè cernantur, idearum splendor in mente, rationum in anima, feminum in natura, formarum in materia. Quæ omnia eam ob causam libenter à me hoc loco commemorata fuerunt, vt intelligeret quis

Diotima

Amato-  
ria Ari.

quibus quam altè proculque à sensibus ac veneris de amore & pulchritudine philosophati Platonici sint. Indèque ars illa prodijt amatoria, quam Diotyma docuit, solamque se scire gloriatur Socrates, & à cæteris conuivis, præsertim ab Alcibiade, laudatur. Hac ita inspicuntur & amantur pulchra corpora, vt ex plurib. pulchris corporibus pulchrorum omnium corporum amator euadas: deinde pulchritudinem, quæ animis inest, præstantiorem putes pulchritudine corporum, vt si quis ingenui sit animi etsi corpore aliis inferior, ametur tamen: Inde ad pulchritudinem, quæ in officiis ac legibus reperitur, inspicendam ducaris: post ad scientias & earum pulchritudinem facias gradum; ac demum ad ipsam ideam pulchri aliorumque omnium pulchrorum causam accedas. Etenim cum amor sit pulchri, pulchritudòque radius quidem Dei per omnia penetrantis, primum mentem, deinde animam, tum naturam, postremò materiam; non secus ac solis radiis quatuor elementa illustrat, ignem, ærem, aquam, terram: quemadmodum qui in his lumen inspicit solis, ipsius solis radium videt, per illumque ad supernam solis lucem intuendam conuertitur. Ita qui decorem in mente, anima, natura, vel materia, videt & amat; Dei fulgorem ac pulchritudinem in his intuetur, & amat indeque ad Deum ipsum sese debet conuertere. Amor enim corporum infimus omnium est & abiectissimus; qui que turpis est & obsecens, ne in amatoria quidem arte continetur. Atque amorem quidem illum, qui ad superna nos atollit, nempe ad diuinam pulchritudinem prouidendam, calidam monem, hoc est bonum genium, appellauit Plato: eum autem, qui ad inferna, corporea, & venera deprimit, cacodamonomem, id est malum genium, quòd præter legem ac rationem sæpè ad malum rapiat.

Amor  
calidam  
monem  
&  
cacoda-  
monem.

Quid  
Peripatetici  
de  
amore  
&  
amicitia.

At enim Peripateticos quoque præstat audire. Horum Princeps Arist. in octauo & nono ad Nicomachum lib. & in secundo magnorum mor. à cap. 12. & lib. septimo ad Eud. Amicitiam Virtutem esse affirmat, aut certè cum virtute, rèmeque ad vitam maximè necessariam. Idèd inquit humanos, id est hominum amatores, laudamus: neque si sint amici, opus iustitia est; si verò sint iusti, indigent amicitia: ijdemque sunt viri boni & amici. Quoniam verò amicitia amor quidam est, triplex facit amabile amoris obiectum; Honestum, iucundum, vile. Inde tres amoris, amicitia ve species. Sed quæ iucunditatem aut vtilitatem sedatur, illa ferè in iuuenib. hæc in senibus, imperfecta est minimèq. constans & diuturna. Perfecta verò & constans, quæ honestate nititur ac virtute: neque hæc nisi inter bonos est. Inde expostulationes plurimæ, criminationes, & quarimonie inter eos, qui ob voluptatem vel vtilitatem amant: nulla, si ob virtutem & honestatem. Porro in omni amicitia necessaria est redamatio non latens; qui que mutuo se amant, volunt sibi mutuo bona, eatenus quatenus amant: sed prauis ob voluptatem vel vtilitatem amant, boni propter seipfos. Quare hi absolute amici sunt, illi ex accidente, quatenus aliquam cum his similitudinem habent: Itaq; damnatur maximè philautia illa, qua prauis homines corporis voluptates & id genus alia sibi desiderant: laudatur verò illa, qua honesta quis, bona, & quæ virtutis sunt, quarit: Virque probus amator sui esse debet; quoniam honesta agendo tum sibi tum alijs prodest: contra prauus non debet, quia prauos sectando affectus & sibi & alijs obest. Omninoque

**A**micus is esse definitur, qui alicui vel verè bona vel quæ arbitratu bona euenire cupiat, non sui, sed alterius gratia.

Igitur amor latius multò patet, quàm amicitia. Primum enim amor affectum significat, amicitia habitum. Deinde amor vniuersè acceptus ad appetitum sentientem pertinet, estq; perturbatio quædam seu perturbationum principium: amicitia virtus moralis est, atque ad voluntatem & electionem spectat. Amor cõmunis est nec solum in homine, sed in bestiis quoque reperitur. Nam etsi amor pulchri esse dicatur, homo que solus formaliter & intellectu rationem pulchri percipiat, belluæ tamen pulchrum materialiter, hoc est ea, quæ pulchra & sibi conuenientia sunt, cognoscunt: & homo etiam sensu id percipit, atque ad illius amorem rapitur, quod honestius ratione prætermittendum aut fugiendum iudicat. At amicitia propriè hominum duntaxat est; quòd hæc ob virtutem & honestatem ex electione nascatur. In bestiis amicitia ea conceditur, quæ vtilitate aut iucunditate nititur: quemadmodum in octauo ad Nicomac. lib. cap. primo Amicitia, hoc est amor quidam, inesse natura dicitur inter id, quod genuit, & id quod genitum est; nec modo in hominibus, sed & in auiibus & animalibus cæteris: regulumque auem & crocodillum ex Herodoto adfert in septimo Eudemiorum cap. 3. Talis inter homines quoque eiusdem nationis cernitur.

Amor  
& Amicitia  
differeat.

**C**igitur amor vniuersè complacentiam quandam in obiecto apprehenso, tanquam bono seu pulchro, significat; quam S. Augustinus in lib. de Spiritu & Anima cap. 45. delectationem vocat & Ludouicus Viues in tertio lib. de Anima allubescentiam: & in appetitu rationali electionem sequens propriè appellatur dilectio. Scio S. Dionysium in lib. de Diu. Nom. cap. 4. & S. Augustinum lib. 14. de Ciu. cap. septimo, & tract. 123. in Ioannem, aliòsque ex sacris literis collegisse idem esse amorem & dilectionem. At de amore loquuntur, non vniuersò, sed ad speciem quandam contracto, de que eo, qui est voluntatis. Is enim idè est quod dilectio. Quod etiam plerique dicunt diligere remissius esse, amare ardentius, propterea verum est, quòd cum amor vehementiorem sentientis appetitus motum comprehendat, si is ad voluntatis delectionem accedat, augetur magnopere. Ita dilectio fuerit hominis propria, amor cum animalibus cæteris communis.

Amor  
vniuersè  
quid.

Amor  
& dilectio  
differeant.

**D**Verùm in Homine præter dilectionem Charitatem quoque, Pietatem, Cultum, Beneuolentiam, & Amicitiam velut amoris species nominamus. Charitas, vt vel ipsa nominis notatio testatur, insignis & pretiosa cuiuspiam rei est. Amor enim est rei chara. Vnde in 7. Eudemiorum cap. 10. Matres ex interprete dixit Philosophus effusior, quàm Patres Charitate completi sobolem. Maximè verò erga Deum nominatur & proximos propter Deum, erga Parentes, & Patriam. Pietas erga superiores est, Deum, Parentes, & alios similes. Cultus est veluti amoris signum, ceu amor cum signo. Beneuolentia verò, quali amoris effectus, quo rei amata volumus bonum. Sic enim Arist. in secundo de arte dicendi cap. 4. Amorem per illius effectum explicans, aut Amorem beneuolentiam nominans; amare dixit esse velle alicui bona, illius, non sui, gratia; illa que procurare quantum possis. Denique Amicitia significat habitum, qui est mutuo inter duos amore, non latente, sed manifesto nascitur. Vnde in nono ad

Charitas

Pietas

Cultus

Beneuolentia

Amicitia

Nicom. lib. cap. quinto & secundo magnorum mor. cap. 15. & septimo ad Eudem. cap. 8. Benevolentiam legimus haud posse absolute amicitiam dici, sed amicitiae potius principium.

*Amor amicitiae concupiscentia.*

Vniuersè autem cum Amor appetitum boni significet, duplex distinguitur amor. Si enim rei, in qua nobis complacemus, bonum illud velimus, benevolentiae amor volatur, quem Arist. Amicitiae principium fecit. Quoniam cum vera Amicitia virtute sola nitatur, Amicus uterque alterum amat propter ipsum, eique bona vult, & quantum in ipso est praestat. Ideo quarumonia nulla, nulla ex postulationes. Sin verò complacemur nobis in bono propter nos ipsos, illudque nobis cupianus, Concupiscentiae amor nominatur: nec amorem, sed libidinem potius appellandum putat Hieronymus Fracastorius in lib. de Sympathia, cap. 17. Est autè principium reliquarum duarum amicitiae specierum, quae utilitatem vel voluptatem sectantur. In quibus ex postulationes atque exprobatōnes plurimae, dum quisque non amici, sed suae utilitati aut voluptati studet; pluraque sibi, quam par sit, concupiscit; immò sibi omnia, amico nihil, aut nimis parum.

*Odiū quid.*

Haec ferè sunt, quae de natura & speciebus amoris sapienter constituerunt Peripatetici. Ex quibus tria prorsus intelligas. Primum; quid sit odium amori oppositum. Est enim displicentia in obiecto cognito. Alterum; iure optimo amorem & odium vel primas perturbaciones statui, vel initia potius perturbacionum omnium. Vbi enim obiectum fuerit cognitum, placet illicò aut non placet appetitui. Si placeat, amatur: etsi sit absens, excitatur desiderium & spes: si praesens, voluptas & gaudium. quòd si displiceat, habetur odio: circaque absens commouetur timor, circa praesens tristitia & aegritudo. Tertium; turpe esse id, quod in lib. de Amore cap. 16. docuit Augustinus Niphus, humanum amorem, quo per aspectum aut auditum aliquo pulchro frui cupimus, esse non posse absque cupidine ac veneris appetitu. Quidni enim inordinatus hic appetitus rationis imperio cohibeatur? Cur nequeat filiis ac filiabus pater, & vnus frater altero, aut parentibus & cognatis, aut amico amico, aut etiam homo bestia quam reue inanimata pulchra, honestè frui, nec modo per aspectum & auditum sed etiam, quod magis est, per pudicum tactum? cui finis honestus & à recta ratione praescriptus adsit. Vt enim fateatur ille posse nos colorum ornatu ac sonorum harmonia sine cupidine frui, quidni etiam in sola carcerarum rerum pulchritudine consistamus, eaque sola fruamur? Id verò sanctis viris atque Heroicis facillimè est, & plurimis scimus per familiaritate fuisse. Quaeque ille ex sanctis, Hieronymo, Augustino, & Bernardo adfert, nil aliud ostendunt, quam periculi plenam ac fugiendam esse mulierum conuersationem atque aspectum; Neque temerè debere quemquam periculo sese committere. Atque de his quidè haec tenus.

*Amorem esse posse sine cupidine.*

*De Amoris obiecto.*

Quod autem ad amoris obiectum attinet, verissimum est Aristorelis illud in tex. 51. huius lib. appetitum omnem esse boni: & in octauo mor. cap. 2. Non quodlibet amari, sed quod est amabile: idque triplex honestum, iucundum, vtile: Honestum amicitia, iucundum & vtile concupiscentia. Vnde Socratis illud apud Platonem; Amorem esse ad aliquid. Amabilis enim rei est amor, & omnino eorum, qui-

*Bonum triplex.*

bus amans indiget, eaque bona sunt & pulchra. Sed honestum & iucundum amantur propter se, & vtilis, vtile aliud, & vt medium.

Itaque ratio boni omnibus hisce communis & aequatum amoris obiectum analogo est, & per primum ac posterius dicitur. Malum item adaequatum obiectum in tria genera tribus illis bonorum generibus opposita diuiditur. Vt enim amor omni cuiuspiam est boni, sic & odium mali esse oportet: siue haec vera fuerint, siue apparentia & apprehensa. Vtque maius bonum maioris & maximum maximi amoris, sic malum maius maioris, & maximum maximi odij est causa. Propterea Amicitiae amorem amamus eos maxime, quos optimos iudicamus, eosque, qui suo rite funguntur munere, quod bonos eos esse putemus. Concupiscentiae vero illos, quos maiorum nobis bonorum causam. Hinc duo intelligas. Alterum num amemus ea, quae absolute, & ea quae nobis bona sunt. Amicitia namque quod absolute & in se bonum est amamus: quia propter se & propter solam boni & honesti rationem amamus. Concupiscentia vero ea tantum quaramus, quae nobis futura bona videntur. Virtutis honestitatisque amor solius est hominis: harum enim virtutum sola cognoscit: In appetitu sentiente sola vtget iucundi & vtilis concupiscentia.

Alterum; an homines mortuos & ea, quae petunt, amare possimus. Amicitia namque ac benevolentiae amore persape amans: nec eorum modo virtutes, ac bonos mores, vt in cognitione adhaerentia nostra remanent & in memoria viuunt: sed etiam ea illis operando bona, quae ad esse mortuis possunt, beatam vitam, gloriam, honorem, recordationemque apud posteros sempiternam. Quod honores testantur, laudes carmina, orationes fimbres, & huiusmodi alia, quibus mortuos celebramus. Puto etiam (quidquid dicat Augustinus Niphus in lib. de Amore, cap. 92.) Concupiscentiae atque ad eò cupidinis amore amari posse, vt mentis nostrae quasi praesentes obuerfantur, iucunditatemque aut vtilitatem possemus ex illis percipere, & idèd viuere atque adesse nobis vellemus: aut demum iucunditatis atque vtilitatis praesentiae recordamur, eandemque aut concupiscentiam aut propter illam amamus viuereque adhuc vellemus mortuos. Quod in bestiis item animaduertas, tum erga alias bestias, tum erga hominem. Nam & canis propter vtilitatem, quam ex domino capiebat, occisum illum adhuc amat & ad eius cadauer iacet, & alia id genus plura facile obseruantur.

At quoniam pulchrum idem est quod bonum, solaque ratione differunt, vt in primo quoque dicitur lib. quod bonum dicitur, vel in se, vt habet ea quae sibi conueniunt, vel per ordinem ad appetitum, vt ea continet, quae illi bona sunt: pulchrum autem venustatem quandam significat, quae in partium ac membrorum proportione consistit maxime, diciturque per ordinem ad cognitionem, quatenus à cognoscente quapiam apprehenditur facultate, ac eam quoquo modo oblectat. Dum appetitus cognitionem sequitur, etsi per se circa bonum versatur, pulchrum tamen quoque ad amoris obiectum refertur, turpeque illi oppositum ad obiectum odij, quae fortasse cognitionis & appetitus conuictio fuerit causa, cur pulchra, quae cognoscentes oblectant facultates, tantopere amentur à nobis, turpia reijciantur. Cum praesertim exterior corporis pulchritudo interioris animi pulchritudinis ac bonitatis indicium

- indicium esse solet. Hæc enim amatur maximè : & si verus sit ac probus amator, nisi animi probitas corporis respondeat pulchritudini, non amor excitatur, sed odium : aut certe illico cessat amor, ubi se se prodiderit animi turpitudini. Fitque non raro, ut conuersantibus cum aliquo frigeat amor & extinguatur ; quòd eam, quam putabamus, non esse animi probitatem obseruamus. Quamquam cur pulchra tantopere nos afficiant, alij aliam asserunt causam. Quòd veneræ affectioni deseruire formam exactiorem opinemur : quòd amor desiderium sit fruenda & estingenda pulchritudinis in pulchro : quòd anima sit sua natura pulcherrima ; si cognatum sibi quidpiam cognatiue veltigium aspexerit, gratulatur & stupet : refertur enim in seipsam suiq. ac suorum recordatur. Quòd anima nostra proximè pendet à diuina mente, à qua pulchritudinis ideâ impressam sibi feruat : & ideo libenter amplectitur id, quod illi congruit, tanquam sibi Patrique cognatum : huiusmodi verò est corporis quoque pulchritudo. Quòd cum pulchritudo diuina suapte natura ametur ab omnibus, qui eam spectant ; quiddam etiam illius imaginem refert, amabile est, primòque aspectu animos mouet. Quòd anima pulchri cuiuspiam intuitione diuina illius pulchritudinis recordatur, quam in cælo aspexit, antequam demergeretur in corpus : ac demum quòd pulchritudo radiis quidem sit Dei, quem omnes naturaliter amant.

*Cur non eadem pulchra amantur ab omnibus.*  
 Sed quæri statim potest, cur non eadem res pulchra aut etiam non omnes res create amentur ab omnibus. Vt illa est causa, quam diximus, inter cognitionem & appetitum naturalis connexio : vel quæ eam consequitur atque ex Aristotele 10. lib. mor. cap. 4. colligitur, sensuum vigor maior conuenientia, vehementiorq. operatio circa pulchra. Etenim sensuum omnium operationes iucundiores sunt & gratiosiores, vigentq. plurimum, & maxima vi ad desiderium sui ac fructuionem animum rapiunt. Reque ipsa compertum est, ut idem ipse fatetur Arist. lib. 9. cap. 12. multò maiorem ad inducendum amorem vim habere aspectum, quam cæteros sensus. Est enim omnium præstantissimus, plura facit cognoscere, efficacissimamq. & iucundissimam operationem habet. At qui sit, ut vnam rem potius, quam aliam, & diuersi homines diuersas prorsus amemus? Sanè naturale esse amare, at à casu & fortuna hoc potius, quam illud, amare, senserunt Pausanias & alij quidam ; Confirmabuntq. Achæi, quos amorem ferunt in S. Egira simul cum fortuna adorasse. Et facile obseruabis ipse à quibusdã interdum amari turpia ; & Aristophanes apud Platone nescio quid de hominibus à Ioue duas in partes diuisis fabulatur ; quorum vnusquisque alterum nunc diuinitum amat, cum quo integrum hominem absoluebat. Alij etiam conuenientiam genij, stellæ, & Ideæ proponunt. Verum hæc fabulosa sunt. & absque certatione ficta. Et quamuis fortuitum interdum sit, ut hoc aut illud obiectum occurrat ; erga bonum tamen & pulchrum cognitum, nisi cognoscens malè affectum sit, appetitus naturaliter excitatur : quòd q. à fortuna est vel casu, raro euenit ; bonum autem & pulchrum cognitum plerumq. amatur. Accedit, quòd fit interdum, ut eadem res eodem die ametur & non ametur. Qui naturæ ac temperamenti corporei conuenientiam & similitudinem, indiuiduæq. naturæ conditionem responderet, sapienter magis respon-

**A**deret, remq. probabiliore diceret. Ferè enim sanguineus aut cholericus alteriusve tēperationis alio sibi simili delectatur eumq. præ cæteris amat. Scitumq. illud est, similitudinem omnem, ad conciliandum amorem valere plurimum. Nam cum similitudinem amamus nostram, aliquid nostri amamus, estq. cuiq. naturalissimum amare seipsum. Hoc propemodum argumento vsum reperies philosophum in secundo magnorum mor. cap. 18. ut ostenderet vel eum, qui sibi sufficiens sit, indigere amicis : quoniam vt difficillimum, ita iucundissimum homini est nosse seipsum : cognoscit autem seipsum ; qui intuetur amicum veluti seipsum in speculo, quippe Amicus est alter ipse. Eandem ob causam parentes amant filios, nec homines modò, sed & bestia. Parentes, inquit idem Philosophus, octauo ad Nico. lib. 12. Amant liberos quasi ex se quidam sūt : liberi autem parentes, quasi ex illis quidpiam sūt : & fratres sese mutuo diligunt, quòd ex ipsdem nati sūt : Eadem enim quam cum illis habent, natura ipsos inter seidem facit. Parentes tamen addit liberos, & vnumquemq. id, quod facit, amare magis, quam ab illis ametur. Proprium enim ei, à quo oritur quidpiam, est id, quod ex ipso oritur, vt dens & capillus, & quodlibet ei, qui id habet. Aliam ex temporis longitudine subiungit causam. Parentes enim liberos statim ubi nati sunt amant : illi progressu temporis parentes, ubi intelligentiam & sensum adepti sūt. Atque hinc cur matres magis diligant etiam patet. Educationem quoque addit & ætatem ad amorem conciliandum posse plurimum. Ætate namque æqualem æqualis delectat, & contescentes sodales sūt. Quarta causa sūt accepta beneficia. Ideo enim & filij parentes, & homines Deum amant, quod maxima ab illis acceperint beneficia. Quinta morum ac studiorum similitudo : quæ interdum facit, ut præter naturale vinculum magis sese ament fratres, & vnus alium magis, quam alium. Hinc & eiusdem disciplinæ socij præcipuo se amore prosequuntur : & Aristoteles lib. nono de moribus cap. tertio Amicitias scripsit à pueritia contractas dissolui, si alter permaneat animo puer, alter euadat vir quam optimus. Quamque hæc causâ odium quoque ex accidenti parere potest, quatenus in aliquo, quod ambo diligant, sese impedian : Sicut figulus figulum odit. Sexta, vinculum in aliquo communi bono. Sic enim idem ipse Philosophus scribit in cap. 12. ante citato, dum de viri & vxoris amore loquitur : Vinculum ipsorum esse filij videntur : quare citius, qui liberis carent, dissolui consueuerunt, quippe cum filij commune bonum ambobus sūt : quod autem commune est, conuertit. Nec desunt, qui incognitam nobis addant proportionem quandam, qua primo aspectu aliqui ab alijs amantur, alij habentur odio, siue corpore pulchri sūt, siue deformes. At potest etiam in eam referri, quam dixi, cognitionis & appetitionis connexionem. Cum enim quiddam amatur, vel vt bonum ametur, vel vt pulchrum ; bonum autem aut sit honestum, aut iucundum, aut vtile, & pulchrum aut sit animi, aut corporis, siue torius, siue partium singularum : Vt in eadem vel alia atque alia re quisque alias atque apprehendit boni pulchrique rationes ; ita aut amat aut non amat, aut etiam odit. Adest & phantasia operatio ex-

A A A A A

teriorumque sensuum : qui ut in vnius corporis vel partis potius, quam alterius, pulchritudinem incurrunt, ita iucundiores aut minus iucundam operationem habent, magisque aut minus ad illius pulchri amorem ac desiderium animum rapiunt.

*Virtus  
& vit  
bonas  
amoris  
regula.*

Meminerimus verò in bonorum atque pulchrorum cognitione & amore retinendum id esse, quod est in decimum mor. lib. cap. quinto & sexto, cuiusque rei mensuram esse virtutem ac virum bonum, easque verè voluptates esse, quæ illi videntur esse, eaque iucunda, quæ illum oblectant : quòd si fecus aliis videatur, id ex labe & corruptela oritur. Fitque ut vna & eadem pulchritudo (verbis utor Maximi Trij, ferm. nono) alia impuris oculis, alia legitimis amatoribus appareat. Ut in gladio quoque accidit. Hic enim longè alius fortiviro, alius carnifici videtur. Ita longè aliter Penelope Vlyses, aliter Eurymachus spectabat. Et non ne aliter solem Pythagoras, aliter Anaxagoras, ille ut Deum, hic ut lapidem prospectabat? Virtutem denique ipsam haud eodem modo Socrates, quo Epicurus, Socrates tanquam beatitudinis, Epicurus tanquam voluptatis amator sectabatur. Quamobrem aliter formosum corpus Socrates, aliter Clitones petit, ille ut virtutis, hic ut voluptatis studiosus, & quæ sequuntur.

### DE ORTV ET PROGRES- sione Amoris.

Ita ferè dum de amoris obiecto dixi, illius quoque initium & ortum significavi; Cognitionem inquam & apprehensionem boni & pulchri, siue veri, siue apparentis. At contemnenda non est Platoniorum sapientia. Duplicem in conuiuio reperies ortum, alterum ab Aristophane propositum, alterum à Socrate ex Diotyma commemoratum.

*Primus  
amoris  
ortus  
apud  
Platonem.*

Aristophanes tria olim hominum genera fuisse narrat; Marem, sole genitum, feminam, terra ortam, & tertium ex vtriusque compositum, luna procreatum, atque Androgynum dictum. Tota cuiusque species erat rotunda, dorsum ac latera circum habens, manus quatuor, cruræque totidem; robusto corpore & elato animo, ut cum Diis pugnare atque in caelum tentarent ascendere. Iupiter ut imbecilliores eos faceret, in duas vnum quemque partes diuisit. Ergo cum quisque nostrum sit hominis dimidium, perpetuo sui dimidium quaerit, amplectitur illud, & cum eo fieri vnum rursus cupit. Qui mares feminarum amatores sunt aut feminæ amantes marium, Androgyni portio sunt: feminæ, quæ pars sunt feminæ, feminas amant, quique mares maris portio sunt, sectantur mares, celebsque illis vita placet, & sunt amicorum studiosi, cognato semper gaudentes, atque cupientes vt ex duobus vnum efficiatur, quæ totius reficiendi cupido amoris nomen accipit.

*Secundus.*

Socrates autem, quando, inquit, nata est Venus parato conuiuio discubere Dij, & inter eos Porus Copia & affluentia Deus: cumque cœnati essent, aduenit Penia, hoc est paupertas, mendicatura cibum, quæ cum præ foribus esset, ebriusnectare

Porus Iouis hortum ingressus obdormiuit. Penia hanc occasionem nata de filio ex Poris suscipiente cogitans, propè illum accubuit, amorisque concepit. Vnde veneris comes factus est amor, tum quòd natura pulchrarum rerum cupidus, & ideo Veneris, quæ pulchra est, amore capitur. Propterea verò primam pauper, durus, inualidus, nudus pedibus, sine domicilio, præ foribus atque in vna sub dio dormiens, quòd matris naturam tenet. Sed ex Patre habet, vt bonis pulchrisque inhaeretur semper, virilis, audax, sagax, prudentia studiosus, facundus: & interdum eadem die pullulat atque viuut, quoties exubeat, interdum moritur ac reuiuiscit rursum, ob Patris scilicet naturam. At quod acquirit, præterit illud: quare nec Mendicus est vnquam, nec diues: quin in medio sapientiæ & inficitia collocatur, vt ex Patre sapiente minimèque sapiente Matre genitus est. Amatam autem seu amabilem Matrem genitum est, delicatum, perfectum, ac beatissimum.

Sanè hæc fabulosa licet, amoris ortum vim ac naturam magnopere indicant. Nam cum primam aspectu aliòve sensu boni aliquid aut pulchri percipitur, phantasiaque apprehenditur vt bonum & conueniens; sitibundus & famelicus appetitus in illud motetur. Vnde amor nascitur: ex amore sequitur desiderium, tum spes, alioqui non est diuturnus amor, nisi amata te frui te posse spes. Inde postremo fit, vt rationes omnes ac viuentur quibus ad rei speratæ fruitionem peruenias. Platonici primam animam inquit conueni & rapi ad rem cognitam: deinde conueniam & reprobam pulchritudine illius radio illustrari: tum illustratam accendi: post accensam adherere illi totam: ac demum adhaerentem in eam transformari. Primus raptus est amoris ortus, illustratio pabulum, incendium accrementum, adherentia impetus, transformatio perfectio. Raptus & conuersio vnde proficiscatur, si de amore vniverso quaeras, fatis dictum est. In amore autem cupiditatis & illegitimo, iuuatur plurimum, tum naturæ nostræ corruptela, qua post primi Parentis facinus caro concupiscit aduersus spiritum, eique subinde spinas & tribulos germinat, dum illicita & impudica impellit. Tum nimio nimisque delicato cibo & potu, quibus per luxum fouetur corpus, ac genitale semen abundè exortum ad Venerem stimulat. Quòd etiam vestium luxus spectat, omnique ratio molliter delicatè tractandi corpus. Tum verò otio colloquiis ac meditationibus impudicis quibus si uel leuiter immeris, propter magnam imaginariæ facultatis vim excitatur cupidus.

Et quoniam eisdem artibus parantur & conueniuntur singula, quæcumque tandem amoris ortus fuerit causa, eadem & conseruationis erit. Atque hoc amoris est pabulum, quod illustrationem vocant. Sanè meditatione crebra, amate rei aspectu, colloquio, conuersatione, ac similibus artibus fouetur amor: alioqui exortus occidit, nec diu uiuit, si diuitiis his careat. Atque in amicitia dicitur Philosophus necessarium esse amicorum conuictum, diuturnamque absentiam obliuionem inducere, & amicitias ineffabilitatem dissoluit: Ideoque amicos non debere esse multos, quòd difficile sit cum multis vt par est viuere.

Quòd si

*Amoris  
incedis  
Hære-  
mentum*

Quod si causa ille, ex quibus ortus est amor, vehementiores euadant; quemadmodum si bonitatis & pulchritudinis cognitio crescat, aut ab una parte extendatur ad alias, augebitur nimirum & ille: sicut & illis diminutis decrefcit. Crescit etiam ex spe obtinendæ amari rei, minuiturque aut penitus interit, si desperes. Accenditur verò maximè & augetur ex redamatione, quam propterea in amicitia necessariam esse Philosophus voluit. Atque hinc prodire multa de Erote & Anterote, gemellis duobus Veneris, hoc est amatione & redamatione. Cùm enim Amorem seu Cupidinem genuisset Venus, puer multò pulchrior matre fuit, at cùm crescere non posset, Themidis respondit oraculum ex pueri natura id proficisci, qui solus quidem nasci, at non solus crescere posset; nisi gemellus alter adesset, quo crescente ille simul cresceret. Ita Venus Anterota peperit, cum quo simul & adoleuit Eros. quò enim maior fuerit redamatio, eò maior euadet amor. Vnde illud, si vis amari, ama. Etenim qui amat, nisi ametur, indignum se amore iudicari putat, quasi nihil amore dignum habeat: quare indignatur illi, desinitque amare. Contrà si ametur, magis amat; quia se magnifici putat, iudicarique habere præclara, quæ amari debeant: quod iudicium cuique pergratum est. Quocirca non solum redamatione opus est, sed hanc oportet manifestam esse, non occultam. Propterea etiam fortasse redamationem amantes amant, quòd ita fructum amoris sperent, aut à Zelotypia, à qua maximè abhorrent, liberentur.

*De Erote  
& Anterote, seu  
redamatione  
amoris.*

Ex his facile intelligas quinam maximè sint ad amandum apti. Ex corporis namque habitu aptissimi sanguinei sunt: tum quia calidi, amorque calidus: tum quia affabiles, hilares, iucundi, faceti, & ad conuiuendum comparati, quæ omnia tum amore conciliant, tum fouent. Accedit ad redamandum facilitas, propter caloris & sanguinis copiam. Facile etiam sperant, ipseque nutritur amor. Cholericus calidi quidem sunt, sed austeri, inaffabiles, impatientes, intractabiles, atque in conuictu toto difficiles. Melancholici & phlegmatici frigidi sunt, iniucundi, angusto animo, nec magna viuentes spe. Melancholici tamen si amore capiuntur, tenacissimi sunt & vix vnquam liberantur.

*Ad amorem qui  
apti.*

1. Porro ex ætate aptissimi iuuenes sunt: tum quòd facile ament & redament, vt in octauo moralium cap. tertio confirmat Aristoteles: tum quòd calidissimi, spæque magna viuentes: simplices etiam & creduli, nec multas verustias viderint; cùmque in multis decepti nondum fuerint, induci facile ac trahi ad amandum possunt. Tum verò aptissimi sunt ad conuictum, cùm & hilares sunt, & iucundi, & per totam vitam conuiuere queant, actionisque omnes perfectissimè exercere, quæ in pueris ac senibus sunt imperfectæ. Ambitiosi item sunt & honoris percipendi, amarique honestum videtur ac præstantiæ alicuius signum. Ideo etiam amant, quòd amari sperent, leuique ex causa amare desinunt, si non amari se conciant. Sunt quoque ad commiserationem faci-

**A** les, & indignum putant, si amantem non redament. Addit Aristoteles eos maxime amantiores esse, quòd plurima perturbatione ac voluntate viuunt, atque ex perturbationis affectu voluptatèque multa amatoria affectionis vis oritur. Denique tenem habent sanguinem & spiritum, clarum, calidum, & dulcem: initio verò ætatis propter humorem nimium, eaq; mox procedente partibus tenuioribus resolutis, crassior euadit & obscurior. Quomodo autem per oculos emittatur spiritus, qui alliciat & quasi fascinet eum, in quem mittitur, præclare Marcellus Ficinus exposuit oratione septima in Conuiuium cap. quarto & quinto, eòsque vel maximè addit in cap. nono, ad amorem allicere, qui ita sunt sanguinei, vt quadam ex parte cholericus simul sint, & oculos habeant amplos, glaucos, ac nitentes, præsertim si castè viuunt, nec Venus claro humorum exhausto succo serenos vultus fedauerit. Habent autem hi maximam vim in crebro ac diuturniore oculorum intuitu.

**B** Tum verò ex genere, nobiles ac potentes videntur aptiores. Nam & ambitiosissimi sunt & honoris maximè cupidi, qui aut in amore reperitur, aut ex eo sequitur, laudibus, veneratione, ac similibus: & idèò redamant, vt amentur. Et verò nobilitas ipsa & potestas splendorem habent, & diuinum quidpiam bonum & pulchrum, quòd amore sit dignum. Amantur etiam hi, quòd amantium necessitatibus, cùm fuerit opus, subuenire re posse credantur: & cùm ambitiosi sit & honoris cupidi, speratur ab illis redamatio.

**C** Pulchri quoque, gratiosi, & boni, apti ad amorem sunt: quoniam si amant, sperare redamationem possunt; cùm bonum, pulchrum, & gratia, siue animi, siue corporis, amabilia sint.

**D** Huc verò spectat etiam doctrina, & alia quæuis celebritas & præstantia. Nam & hæc amabilia sunt; & qui ab hisce hominibus amantur, propter nominis celebritatem, quam ab illis tanquam redamationis præmium sperant, facile redamant.

Præterea qui beneficia in alios contulerunt, amare illos possunt, quòd redamationem ab his sperare queant.

**E** Quòd etiam spectant obsequia. Amorem enim conciliant & redamationem sperant. Adulatores item non temerè redamationem sperabunt: quia dum amare atque admirari videntur, iucundi sunt & ad amandum alliciunt.

Quamquam alia plura sunt, quæ ad hoc caput pertinent; secretorum communicatio, confidentia, preces, adorationes, & alia quæcumque, quæ grata esse atque amorem conciliare solent, quòd excellentiæ cuiuspiam testimonia esse videantur.

Denique amari iucundum est, quoniam qui amatur, inesse sibi ea putat, quæ sunt amore digna, quæque omnes percipiunt. Ideo facile redamat; & qui amat, sperare redamationem debet. Hinc amantium suspiria, lachrymæ, & id genus alia; quæ cùm ardentis amoris inditia sint, plurimum mouent ad redamandum. Ergò qui amant aptissimi ad redamandum sunt.

Cæterum regio quoque non minimum habet

*Amorem  
oculis  
hauriri.*

momenti. Ferè enim illi videntur ad amorem propensiores, qui regionem incolunt temperatam: quod ut perfectiori constant corporis temperatione, sic magis existunt affabiles & moribus cunctis ad conuiuendum aptiores. Viribus etiam ingenij ac prudentiæ præstant cæteris, ut Aristoteles confirmat in problem. primo, sectionis 14. & ante illum Aegyptius Sacerdos apud Platonem in Timæo: quæ ut præstantiam quandam & admirationem habent, sic amorem non parùm conciliant. Qui feruida ad meridiem incolunt loca, nimis sunt interiùs frigidi (quippe natura & loca contrario semper habent modo, ut est in problemate octauo & decimo sexto, sectionis eiusdem) ideòque timidi sunt, effeminati, nigri, exanguës, & ad feruendum potiùs nati: qui que frigidiores obtinent partès, calore abundant & sanguine nimio, fortes existunt, animosi, albi. Vtrique tamen efferi, inhumani, parùmque sociabiles & ad conuictum idonei: quod caloris rigorisque excessio à mediocri temperie recedat, qua potissimum natura delectatur nostra.

Ita obiter dictum est quinam sint ad amandum apti, ut intelligeretur quomodo amor ortus conseruetur & crescat. Quod accrementum Platonicè dixere incendium, quòd eo amantis animus incendatur. Incensus autem amata rei adhæret atque in eam assidua cogitatione totus transmigrat, sui que oblitus in alieno potiùs, quàm in suo, corpore incipit viuere, & ideò in suo moritur, ut in alieno uiuat. Si enim esse operatio sequitur; & ibi est ac uiuit vnum quodque, ubi operatur, sanè amans in suo corpore moritur dum de illo cogitare atque in illo desinit operari, uiuit autem in amata rei corpore, dum in eo per cogitationem operatur semper. Propterea tantopere amans redamationem querit: quia cum in seiplo moriatur, ut in alio uiuat, redamati peroptat, ut alterius amore & ipse uiuat & frui amato possit. Moritur ergo quisquis amat, & de suo corpore migrat in alienum. Quam ob causam amorem Orpheus affectum dulcem & amarum appellauit, & Plato mortem, animamque dixit magis esse ubi amat, quàm ubi animat. Vnde tandem amantis in rem amatam oritur transformatio: quam amantes maximè querere & optare, ut ex illis fiat vnam, Aristophanes docuit apud Platonem, proposita Vulcani fabella duos amantes interrogantis; Vultisne ut colliquefaciam vos, confundamque in idem, ut ex duobus vnum efficiamini &c. quem locum Aristoteles citans in secundo polit. cap. secundo. Amantes ait propter eximiam cupiditatem applicari simul & ex duobus fieri vnum, & septimo ad Eudem. cap. septimo; Amicos esse vnam Animam, nec absque se mutuo viuere posse, sed commori. Quin & Areopagita Dionysius in lib. de Diuin. Nom. cap. quarto, amorem scripsit esse vnificum, connexiuum, adunatiuum, amatoresque in ea, quæ amant, penitus transferentem, neque amoris excessum finire amantem sui iuris esse, sed in rem amatam transferre. Vnde Pauli voces illæ ad Galatas scribentis cap. secundo. Viuo ego iam non ego, uiuit verò in me Christus, & illud Seruatoris Christi pro nobis à Patre postulan-

*A. amoris  
adheren-  
tia  
imp. etis.*

*S. amoris  
transfor-  
matio  
perfectio.*

„

„

**A** tis; sint vnum sicut & nos: sicut tu in me, & ego in te &c. Et sanctus Augustinus lib. octauo de Trinit. cap. 10. Amorem dixit esse vitam duo aliqua copulantem vel copulare appetentem. Propterea etiam vocatur ignis, quod ignis omnia in se transformet. Et Pherecydes ille Pythagoræ Preceptor Iouem prodidit, cum creare vellet, in amorem se transformalle, ut testantur Proclus in Timæum, & Augustinus Eugubinus lib. septimo de Perenni Philosophia cap. 10. Porro de amantis hæc in re amantem transformatio, aut affectu fit, dum periode ad illam afficitur ut ad seipsum: aut moribus, actionibus, desiderijs, vitijs, cæterisque omnibus vitæ conditionibus, quibus amans amate personæ sese accommodat, ut quam limibus illi sit, eique quantum potest viuatur, ad eam redamietur; aut certè quia dum totus est in re amata eiuque semper notionem atque ideam mente versat, ita afficitur, ut illa ipsa esse dicatur; sicut corpus non transeunte, sed permanente, affectum rubore rubeam appellamus. Cùm præsertim intellectus intelligendo fiat omni. Assidua enim solius amate rei intellectio totus euadit amata res. Accedit appetitus, citius eavis est, ut amantem ad rem amatam trahat. Ita dum ex vna parte intellectus amatum in amantem ex altera appetitus amantem ad amatum trahunt. Perfectissima existit vno ac transformatio. Nec modo id appetitus affectu facit, sed & operatione quia cum amor principium sit & radix operationum amantis omnium, quicquid is operatur, propter amatam rem operatur. Ex quibus duo perspicua sunt. Alterum maiorem multo vnionem amoris esse cum re amata, quàm cognitionis cum re cognita, quæ tamen identitas est. Amor namque & cognitionem supponit, & appetitus affectum addit, confirmationem morum, studiorum operationes omnes, vel etiam interioris cogitationes, quæ solam rem amatam spectant. Alterum; ex hac amoris vnione speciem operationum peti; non modo vt tales sint, vel tales, quod talis ametur res: sed etiam vt bonæ & præclaræ, si bonum quidpiam & præclarum ametur: Contra præuæ ac lordidæ.

**D** In hac igitur transformatione perfectio amoris est. Cui si in amata re par respondeat redamatio, tum demum suauissimus existit amor. Hoc ferè inter iuuenes, & corporis temperatione sanguineos reperitur. Nam similis ætas & corporis complexio ad amandum procliuus multum amorem creat. Si cholericus amet cholericum, intolerabilis seruitus est. Qui est complexionis similitudo amorem facit matuum, bilis tamen crebra turbat iracundia. Inter sanguineum & cholericum propter suauitatem simul & acris humoris permissionem alternatio quædam est iracundiæ & gratiæ, dolotis ac voluptatis. At cholericus conditio melior, quod sanguineus amabilior gratiosiorque. Inter sanguineum & melancholicum firmus est nodus, nec miserimus. Sanguinis namque dulcedo amaritudinem temperat melancholiæ: meliusque agitur cum melancholico. At inter cholericum & melancholicum miserimus omnino amor. Cholera enim ad iracundiam, & des, & impatientiam, & melancholia ad merorem, ac perpetuam

**E**

*Dionysius*

pulchritudinis & virtus in amor qualis

tuam quærimoniam pronocant. Inter iuuenem corpore pulchrum & animo speciosum virum honestus esse potest, utilis, & iucundus amor. Quippe oculis alter alterius pulchritudine fruatur, alter mente alterius consequitur pulchritudinem: Quiq. solo pulcher est corpore, fit hac consuetudine animo quoque pulcher, & qui solam animi pulchritudinem habet, corporis saltem oculos pulchritudine corporis explet. Et vt maior sit iucunditas viti, in iuvene certè maior existit utilitas; dum corporis pulchritudinem cum animi pulchritudine commutat. Hæstia tamen vtrinque commutatio, sed honestior, vtilior, & iucundior inter iuuenes & corpore & animo pulchros: hicque optimus & perfectissimus amor.

Amor Dei

Cùm verò Deus sit omne bonum & summum pulchrum, cuius homo per intellectum & voluntatem capax est, præstat omnibus illius amor, summamq. vnionem & in supremo gradu habet: etsi non nisi in beatis reperitur perfecta. Quoniam cùm antecedentem cognitionem postulet, ea in illis dumtaxat clara est & perfecta. Ideo tunc planè quiescit animus nec peccare amplius potest, dum Deo summo bono & pulchro, immo bonitati ipsi ac pulchritudini, immobiliter coniungitur.

De effectû & signis Amoris.

Amor maximorum bonorum causa

Vltima propositionis meæ pars amoris effecta pollicebatur & signa. Amorem nobis maximorum bonorum causam esse, argumento illo docuit Phædrus, quod cum duo sint in vita tota cum primis vitia, in rebus turpibus verecundia, & in honestis gloriæ laudisq. studium, ambo hæc multo magis ex amore, quam ex alia re vlla consequimur. Amator enim maximè angitur ac pudore suffunditur, si ab amato quidpiam turpe agere deprehendatur: incitatur verò ad præclara, si laudem ab eo speret. Quare tunc optimè actum iri ait cum Ciuitate aut exercitu, cû partim ex ijs constabunt, qui amant, partim ex ijs, qui amentur. Sanè disputant leges omnes, vt vitatis malis ac turpibus, bona & honesta sectemur: neque id obtinere vnquam potuerunt, solus amor sponte & cum summa iucunditate statim non impetrat modò, sed cumulatè perficit. Namq; Amans amato placere maximè vult: propterea à turpibus abstinet, & honesta, pulchra, bona, & præclara queq; aggreditur, vt illius amorè sibi conciliet.

Amor artium inventor

Dicitur etiam amor artium omnium inventor esse ac magister eximus: nec solum quòd nullus artem vllam inuenit vnquam aut didicit, quem inuestigationis voluptas, & inueniendi desiderium non incitaret: atque in artibus quibusq. illi præferim excellunt, qui & artificia ipsa & homines seu fines, quorû illa vltibus fiunt, maximè amant. Immo vt Platonicus disseruit Eryximachus, cunctæ artes aut artifices in operib. suis nil aliud, quam amorem, quærent; dum humores quatuor in corporibus nostris conciliare atque ad amicitiam adducere conatur medica, & sonos item musica, siue in grauiore harmonia illa, que Vranie muse tribuitur, siue in molli & læcua, cui Polymnia præficitur, similiq. modo artes cætera. Verùm etiam quòd admirabiles proflus amantium artes sunt atq; industria, quib. ad rem amatam contendunt. Nihil enim est, quod non excogitent & aggrediantur. Vt minimè ventus sit Paulanias pronuntiare, tam Deos, quam homines omnem amanti licentiam præstare vel etiam ea facièdi, que alioqui teperènderentur. Et Orpheus solertem, bigenium, omnium clauis habètem, appellauit amorem. Huc

A quatuor illa quoquo modo spectant, que in Conuiuio prædicat Agathon, iustû eum esse, temperantè, fortem, sapientem. Iustus est, quòd amantes iniuriam quam afficiâr amatos: etsi verus sit ac perfectus amor, mutuum habet beneuolentiæ amationisq. ac redamationis vicissitudinem. Est temperans, quod turpes cupiditates domet, solam quæres bonitatem ac pulchritudinem, que in ordine quodam temperantiq. consistit, siue spectetur in corpore, siue in animo. Est fortis: tum quia munerib. nullis aut minis nullaq. vi cogiamans potest, ne amet, aut non amàs, vt amet. Tum quia omnia illi parent, omnesque sibi subiectos facit, ipse à nullo superatur. Vnde illud in sacris cantionibus, fortis est vt mors dilectio. Tum & quia nullus audentius vnquam pugnavit, quam pro amato amans, qui ne mortem quidem veretur. Immo dixit Phædrus pro alio mori amantes soli eligunt, & infirmi vlla videas animalia amore solo armata contra fortissima quæq. pro eo, quod amant, pugnare. Deniq. sapiens est, quòd artes omnes inuenit, omniaq. tam in cælo, quam in terra, disponit; Prudentem facit ad prouidendum, acutum ad discernendum, facundum ad eloquendum, ad res gerendas magnanimum, ad iocos facetû, ad ludos promptum, ad seria quæq. strenuum. Quòd si mutuus fuerit, lecuritate adfert & tranquillitatem. Vbi enim mutuus

Amorem esse iustû.

Temperans est.

Fortem.]

Sapientè

Tranquillitatem.

B amor, insidia nulla, sed communia omnia: cessantq. lites, homicidia, prælia, quærimonie, dum concordiam, diffensione omni submota, conciliat amor, pulsaq; miseria, felicitatè præstat, nec humanam modò, sed & diuinam liuor quippe omnis, inquit in Phædro Plato, abest à diuino Choro.

Nam cùm omnium iucundissimum amanti sit re amata potiri, quilibet in eo potiundo, quod amat, contentus plenusq. viuat: sitq; amoris beneficio, vt in diuersis felicitatis gradibus portione sua quisq. sine vlla inuidia contentus sit. Quin etiam absq. fatietate. Quippe vt in cibo & potu tam diu oblectatio, quam diu fames & sitis, permanet, sic etià euenit in amore, quem auiditatem quandam, famem & sitim boni & pulchri, esse cõstat. Vt immerito iam criminata Diotima sit, amorem nec sapientem esse nec insipientè, sed in sapientiæ atque insitiæ medio collocatum. Verius illud, eum macilentum esse & squallidum. Etenim pallor & squallor ex sãguinei caloris defectu oriuntur vbiq. Amantisq. animus dum in assidua de amato cogitatione versatur minus perfectè cibum coquit, maiorq. illius pars superflua eijcitur, minor, & quidem adhuc cruda, trahitur adiecur; Vbi cùm nec dum perfectè satis elaboratur, paucus nec optimus sãguis per venas funditur: Ita inopia & cruditate alimenti extenuantur mēbra & pallent. Altera eius rei causa est, quòd spiritus, qui vehiculum animæ & instrumentum singulare existit, ad amati imaginem phantasia semper obuectantem continèter aduolat ibiq; resoluatur: Quare ad eum reficiendû frequentissimo opus est purissimi sanguinis fomite: puriore autem ac lucidiore sanguine resolutio, maculosus, crassius, & ater membrorum nutritioni relinquatur. Ita siccat corpus & squallor, euaditq; amans melancholicus, ex crasso scilicet illo & atro sanguine melancholia genita: quæ dū suis vaporib. caput opplet, siccat cerebrum, terrib. atq; horrendis imaginibus sollicitat animã. Tertia fuerit, quod propter amoris vehementiam calor inferiores & exteriores partes deserit atq; ascendit ad cerebrum, vbi est amata rei imago. Quòd fit, vt quamuis amor dum in bonum & pulchrum tendit non possit ex se nisi perficere, ex

Macilentum & squallidum

Melancholicus

accidenti tamen malorum & grauium morborum corpori causa fit: vt illius, quem Galenus *epoem*, Auicenna Hiliscim, vulgato nomine cupidipeum morbum, appellant, atque ex sanguinis nascitur contagione, & ideo alterna caret requie. Quippe continua febris viget in sanguine, quæ autem lex intermitte horas, in pituita, quæ diem vnum, in bili, quæ duos, in melancholia. Adfert etiam deliria interdum & insaniam, nimio calore & spiritu replente, siccante, ac perturbante cerebrum. Quod aut adusto sanguine, aut adusta bili, aut demum atra bili, cerebrum nimis occupante enenit. Hæ enim tres præcipuæ sunt dementiæ species & causæ. Sed qui adusto vexantur sanguine (quod rarius est) effusos prorumpunt in risus, cantu gestiunt, tripudio exultant, mira de se pollicentur, & præter omnium consuetudinē iactant sese: qui adustam habent bilim, facili irascuntur vel etiam à nemine laceffi, altè vociferantur, in obuios irruunt, seipsos & alios cadunt. Quod si bili præamantur atra (quod ferè accidit) merent perpetuo, & somnia etiam sibi fingunt, quæ vel expauescant præsentia, vel futura formident. At si humores illi detineantur in corde, angustiam & sollicitudinem faciunt. Idcirco sonis, modulationib. cantilenisque amatoris, in laudem præsertim amate rei, delectantur amantes, leuamen ac medicinam mærori suo querentes. Hinc etiam suspiria crebra, gemitus, dimidiatæ voces, lamentationes, lachrymæ, singultus, & id genus alia: quæ tum animi miseriam promendam ac leuandam spectant; tum ad significandum atque aperiendum amati amorem suum commiserationemq. commouendam. Dum enim calor ad superiores ascendit partes, ibiq. anima occupatur, destituuntur & coardantur inferiores: dumq. de amato attetè cogitat, cohibetur respiratio: Inde suspiria, dum post maiore impetu respiratur vberius. Lachrymarum verò causa est, quod compresso cerebro ex oculis fluat humor. Hinc etiam totius corporis languor & quasi defectus amantis: de quo illud est in

» factis cantionibus; Fulcite me floribus, stipate me

» malis, quia amore languet. Etenim dum amantis animus ac virtus tota in rem amatam tendit, exteriore deseruntur partes, vniuersumque corpus languet & concidit. Negligit etiam amans seipsum ac cætera omnia, dum solam rem amatam cogitat: Et qui in cæteris omnib. incuriosus est & iners, in amatoriis tantum rebus fit sollicitus, astutus, & callidus. Infelicè se putat, si quid aliud, quam rem amatam, cogitet: neminem autem se feliciorum, si qua ratione, vel solo aspectu, potiri ea contigerit, illive gratum quidpiam fecerit. Toto præter oculos aret & squallet corpore. Oculi verò profundi quidem sunt, sed graues, crassis & magnis palpebris propter infomnitatem & lachrymas; palpebræ continenter mouentur, vultus figura sine ordine atq. variabilis, actiones omnes læsæ: neque enim est sui compos. Sperat facile ac desperat, lætatur, tristatur, gaudet, dolet, ridet, flet, vt varia de re amata subierit cogitatio. Cum suspirat, attollit suspiria, ob vehementem cogitationem & affectum animi. Quæcumq. amati sunt amat, honorib. extollit & laudibus: quæ illi aduersantur odit: quæ amatus vult, & ipse vult, quæ illi displicent, abhorret: consilia omnia ad eius nutum promptè mutat: sibi ipsi, vt amato morem gerat, aduersatur. Atque vt cogitare, sic loqui nil aliud, quam amatum, nouit. At illius aspectum maximè timet: non quod non eo summopere non delectetur, sed quod vel in eo aliquid mali, aut certè non tantopere

Cupiditudo morbus.

Amantium deliria & insaniam.

Demens species & causa.

Cordis angustia.

Suspiria & lachrymæ causa.

Corporis languor.

Neglectio sui & aliorum omnium.

Corporis squalor.

Inconstantia & mutabilitas est.

Timor et reuerentia.

vt ipse vellet beneuolus sibi veretur, vel quod ob excellentiam eum putat reuerentiam omni ac veneratione dignum, & verò formidabilem. Firè etiam, vt eo præsentè caleat & frigat: frigit, tum ob timorem, tum quia præ nimio amore cor calore proprio destituitur: caleat autem, quod amate rei pulchritudinis fulgore amorisque vehementia sanguis & exteriora membra accenduntur. Immo quod magis mireris, amatum simul amat & odit: odit, vt ferè & homicidæ sui, cogit autem amare propter fulgorem & pulchritudinem. Ita angitur simul & delectatur, amare nolle & amare, non amare, quia mori tamen & occidi se patitur, vt captus redimatur occisusq. reuiuifcat. Maxima omnino & incredibilis est amoris vis: quæ & summam illam vnionem efficit de qua antea dictum est, aut vnionis certè desiderium. Vnde amplexus, oscula, & similia. Quin etiam tua quædam immoratio & inhæsiō: quam S. Ioannes de amore diuino loquens significauit epist. prima cap. 4. vbi dixit. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Nam & quo ad apprehensionem amatum est in amante, dum semper de illo cogitat, & vicissim amans in amato, dum vel in amore mutuo hic quoque de illo cogitat, vel si mutus non sit, ita de amato cogitat, vt singula, quæ ad illum spectant, diligentissimè & intimè diligit & quasi interiora illius ingreditur: & quoad appetitum amans complacet sibi in amato, & ad eum per desiderium tendit, vel etiam eo præsentè fruitor, bonæ & mala illius ducit esse sua: & amatus eodem modo est in amante, si reciprocos sit amor, vel certè dum intime per affectum amanti coniungitur.

Est etiam tanta interdum amoris vis, vt patienter amantes eccliam, & diuinum amorem S. Dionysius dixit eccliam facere, Deumq. ipsum propter amore eccliam paruum esse. Est autè eccliam animi fulgore supra naturam, seu excessus quidam mentis & phantasia, qua ab alia quavis re distractus, immotus, & sine sensu redditur. Quod & viris sanctis ex diuino amore atque attenda mentis contemplatione sepe accidit, & melancholicis etiam interdum ob vehementem imaginationem. Amantibus verò ex magna intentione in rem amatam: quæ sepe tanta est, vt amate rei phantasma perinde moueat ac si oculis præfens cerneretur. Quare dum eam se illi videre putant, obstupefunt & extra se fiunt, tum apprehensione, dum id se videre putant, quod non vident: tum appetitu, dum in rem amatam rapiuntur, egressi quodam modo extra seipsos. Quæ egressio absolute est in amore amicitia, qui in amante ferretur propter ipsum tanquã ab amante diuersum: quo modo autem in amore concupiscentia, quatenus amans aliquod quidem bonum extra se querit, sed tamen vt sibi habeat: Ideoq. non exit absolute extra se, quia sibi querit id, ad quod exit.

Postremò ex amore perturbationes omnes oriuntur, præsertim ira & mæfuerudo, timor & fiducia, commiseratio & indignatio, spes & desperatio, voluptas & dolor, verecundia & cinerecundia, zelus & zelotypia, eiusq. contrariū. Vnde S. Dionysius Deū affirmantem in sacris literis appellari zelotè, vt vehementè ad ea, quæ sunt, clementer amanda. Est autè propriè zelus sollicitudo quædam de re amata, ad mala omnia ad ea repellenda. Zelotypia verò timoris plenam illam amantis suspitionem significat, qua veretur ne res amata alterius occupetur amore alterive adit: non enim vult illam habere cum quoquã communem.

Diarrhoea

vt ea ipse perfectè fruatur. Vnde zelotypia propriè amoris tantùm est concupiscentiæ; zelus amicitia quoque: etsi alios aliter sensisse non ignoro. Cæterum de amore satis ac nimis fortasse multa. Iam de quatuor illis generalibus perturbationibus dicam, quæ in superioribus posita sunt, ex quibus particulares cæteræ facillè intelligentur.

*De desiderio seu cupiditate boni.*

Primum autem de perturbationibus dicam, quæ circa rem absentem versantur. Ergo si res cognita atque appetitui placens sit absens, obtinendæ illius desiderium oritur, ceu animæ motus ex complacencia illa profectus, quam amorem esse dixi: quo motu bonum illud prosequimur, quod non habemus, aut certè minùs benè ac perfectè habemus. Idèò dilatatur cor, vt omni ex parte amplectatur eoque fruatur: diffunditurque sanguis & spiritus, quibus ad prosecutionem facultatibus cunctis ac membris addatur virtus. Ita duæ sunt præcipuæ desiderij causæ, altera obiectum cognitum vt bonum, sed absens, sine re ipsa, siue apprehensione. Interdum enim præsentia quoque & quæ possidemus, inepè desideramus, quod ea nobis non adesse putemus. Altera amor & complacencia illius. Idèò enim desideramus. Quòd si non placeret, timor potius, ne aliquando adesset, commoueretur: Tantòque maius est desiderium; quanto aut maius bonum, aut magis placet & amatur. Hinc tam diuersa hominum & verò animalium cæterorum desideria; vt diuersi existunt amores, aliæque & alia singulis obiecta placent. Ferè tamen iuuenes faciliùs atque ardentius desiderant; quia faciliùs & ardentius amant, vigentque spiritibus. Calidorum acuta sunt & ardentia desideria; quòd ea statim explorare vellent: idèò impatientes moræ & inquieti, quousque assequantur quod optant. Contra frigidi legnes ac tardij; sed peritaces, quia patientes. Audaces facillè ac vehementer desiderant, tum quia calidi, tum quia consequi se omnia posse putant. Timidorum, mulierum, senum, ac puerorum, plurima quidem desideria, propter defectum scilicet & imperfectionem naturæ qua & se plurimis indigere sentiunt, & ne omnia sibi desint verentur: sed imperfecta & leuia, tum propter sanguinis & caloris inopiam, tum quia facillè animo cadunt & desperant.

*Desiderium quid.*

*Desiderij causa.*

*Qui magis desiderant.*

*Desiderium tum futurorum, tum præteritorum esset.*

*Desideriorum varietas.*

**A** sedatur, nec leue aut graue corpus quiescit vnquam, nisi ad superum aut inferum locum peruenierit: sic neque hæc hominum aut animalium desideria, nisi desiderati boni consecutione, cessant. Quamquam homini, vt est in extremo eodem libro, data est ratio velut pueris pædagogus. Quippe, inquit ille, & ex cupiditate viuunt pueri, & maximè in illis voluptatis viget appetitio: Quæ nisi obedierit & imperanti subdita fuerit, longè lateque effertur. Infatiabilis siquidem iucundarum rerum appetitio est, & stulto vndecumque occurrat: Etsi magna vehementesque cupiditates fuerint, rationem extrudunt. Ita conficit mediocres esse oportere & paucas rationique minimè aduerfantes. Sicut enim puerum ad Pædagogi præceptum viuere oportet, ita & concupiscentem animæ facultatem rationis imperio obtemperare.

**B** Verùm enim verò cum desiderium ex amore boni proficiscatur, vt amor est duplex, alter sentientis appetitus, alter rationalis voluntatis, triplexque bonum, iucundum, vile, honestum: ita duplex desiderium existit, alterum sensus quod cupiditatis seu concupiscentia dicitur, alterum voluntatis quod solum retinet desiderij nomen. Illud circa iucundum vt finem, & vile vt medium ( hæc enim duo bonorum genera percipit sensus: ) hoc circa honestum, quod ratione cognoscitur. Ita nimirum Aristoteles in primo libro de arte dicendi cap. decimo, cupiditatem circa iucunda & vilia posuit, eamque in capite vndecimo definiuit, iucundi appetitionem esse: non quòd sola iucunda querat, sed vel quòd ea sunt finis & propter se quaruntur, vilia verò non nisi propter illa, vel quòd de illis folis tunc ageret, de que vtilibus egisset antea.

*Desiderium & cupiditas vt differant.*

**D** Porro tum ex eo loco, tum extertio moralium capite vndecimo duo dicimus esse cupiditatum genera, qualdam naturales & communes, quas irracionales vocat. Hæc instigante natura absque vlla rationis cognitione ac persuasione oriuntur, tam in homine, quàm in mutis, vt appetitio cibi potusque ac similibus: alias non naturales, sed hominis proprias & racionales, quæ apprehensionem quampiam rationisque cognitionem sequuntur, præter id quod natura requirit: quam ob causam in tertio moralium appositiuæ vocantur, & in primo de arte dicendi, racionales, quæque persuasionis comites accedant, vbi aliquid cupimus persuasi. Naturales cupiditates nec sunt nec possunt esse infinitæ. Quoniam natura tantum abest vt infinitum querat, vt ab eo maximè abhorreat, finitumque ac determinatum sibi que conueniens appetat, & paucis contenta quiescat. Nec animal cibum appetit infinitum, sed quo sedetur fames, finitumque satiatur. Nisi fortasse appetitionem hanc infinitam dicas successione illa, qua cibo vno iurato & consumpto appetitur alius: quo modo quantitas quoque partibilis in infinitum dicitur, quòd qualibet diuisione facta diuidi rursus potest, etsi quantitates omnes, quæ diuiduntur, finite actu sint. Sed hoc interest, quòd in quantitate nullus est vnquam diuidendi finis, vbi verò appetentia aliquando cessat, quia naturalis virtus omnibus horis fit minor, tandèmq; exinguitur & interit animal. At non naturales & hominis propriæ cupiditates

*Cupiditas tum duo genera.*

*Cupiditates an infinitæ.*

AAAAA iij

dum ratione sequuntur, infinita possunt esse. Ratio namq; infinita habet capacitatem, semp̄q. voluntas potest magis ac magis appetere. Accedit, quod sensus nec cognitionem nec appetitum habet finis formaliter, sed solū materialiter. At & ratio cognoscit, & voluntas appetit finem formaliter: sicut appetitio quoquo modo est infinita, quia quam maximè appetitur, neq; ab vilo alio determinatur, sicut mediocrū appetitio determinatur à fine, propter quem appetuntur. Quam ob causam in primo Polit. lib. cap. 6. eos, qui propter vitæ necessitatem diuitias expectunt, finitas expectere dixit Philosophus: finitas namq; sufficient. At eos, qui in diuitiis finem suum ponunt, in infinitum expectere, quoniam quam maximè expectunt. Midæq; fabellam adfert, cui propter desiderij insatiabilitatem quidquid apponebatur fiebat aurum, Neque de desiderio à nobis plura hic locus desiderat.

*De spe & desperatione: Audacia, & Ignavia.*

Ad desiderium reuocare spem placet. Nam et si S. Thom. prima secundæ quæst. 40. diuersam prorsus velit esse perturbationem: tum quod altera in concupiscente vigeat appetitū, altera in irascente: tum quod obiectum desiderij est bonum solum absens, spei verò bonum arduum, quod obtineri possit & desperationis bonum arduum, quod nequeas adipisci. Parum tamen firmis nititur fundamentis. Neq; enim appetitus illi, neque bonum arduum & non arduum, essentia distinguuntur, vt est in superiorib. demonstratum: & absente bono proposito, si consequi te posse credas, & appetitus illi per desiderium adhaereat, etsi non sit arduum, excitatur illicō spes. Immo verò quò minus arduum fuerit & adeptio faciliior, maior est spes: atque ex nimia difficultate incidit opposita spei desperatio: quasi esse arduum aduerteretur potius spei aut vim certè illius minuat, quam naturam constituat.

Spectat igitur spes ad desiderium, quia circa bonum absens veritatur. Vnde Aristotelis illud in lib. de memoria & rem. cap. 1. & 1. de arte dicendi cap. 11. & 2. cap. 12. sensus presētis est, facti memoria, futuri spes. Atque in eod. 2. lib. cap. 5. spem definiuit esse perturbationem cum imaginatione rerum salutarium, quæ propè adsint, cum terribilia vel non sint, vel longè absint. Quò circa neque illud fuerit verum, eam esse in appetitu irascente, sed querenda potius in concupiscente, qui desiderij sedes est ac domicilium. Et pulchrè Arist. idem in prob. 1. sect. 30. Ebrios atque adolescentes sperare multū dixit, Senes verò parum. Illi namq; prompti ad amandum sunt & desiderandum, neque difficultates peruidēt, & ea quæ adceptionem impedire possent: siue id ex inexperiētia & exiguo aut nullo rerū vsu proueniat: siue ex turbata ratione, quæ ratiocinādo nequeat singula peruidere. Nam propterea stulti omnes & qui deliberatione non vtuntur, tentāt omnia & aggrediuntur. Sperant etiam vtrique, Adolescentes & Ebrij, propter audaciam & calorem, quo pleni sunt; Illi propter aratem, hi propter vinum. At Senes tum propter multi temporis experientiam rerūq; plurimarum vsū, plurimas vident difficultates: tum propter aratē frigidam sunt. Aliam in secundo de arte dicendi cap. 12. & 13. reperies huius rei causam. Etenim cum spes sit futuri & memoria præteriti; Adolescentib. futurum multum est, præteritum breue, contra senibus præ-

teritū multum, futurū breue, propterea paucorum recordari possunt adolescentēs, sperare cuncta, Senes experientia spem adfert: siue quòd expectus non sibi sunt: siue quòd sepe adsequendo didicertem esse possibilem se q; assequi eam posse: Ita in tertio moralium lib. cap. 6. Nautæ dicuntur ob nauigandi plurimam experientiam sperare salutem: & cap. 8. eos benè sperare atque in periculis confidere, qui sæpè multos vicerunt.

Sed enim duplicem antea amorem fecimus duplexque desiderium, duplex igitur erit quoque spes ex illis perfecta. Quamquā hæc tantopere colligata sunt, vt principio quidem spes ex amore ac desiderio oriatur, at orta tum amore augeat, tum desiderium. Vt enim non speramus nisi amatum & desideratum bonum; ita speratum bonum amamus magis atque ardentius desideramus. Est in quā duplex spes, altera in appetitu sentiente, quæ propriè perturbatio est, de qua nunc loquimur: Altera in rationali voluntate, quæ dum circa Deum immediatè versatur, constituitur à nostris Theologis vna ex illis tribus virtutibus, quas Theologicas nominant. Spem eam, quæ appetitus sentientis est, haud esse hominis propriam, sed cum bestiis communem, quidquid Themistius dicit in 3. lib. de anima cap. 38. certum est: tum quia appetitus ille, amor, & desiderium, ex quibus oritur spes, in illis quoque reperiuntur: tum quia non minus illæ tendunt in bonum absens, quòd se illud consequi posse putant. Contra si canis leporem aut accipiter auem distantem nimis viderint, ad prosequendum non mouentur, quòd adsequi se posse non putent. Hoc verò quid aliud est, quam spes aut desperatio? apprehensione namque possibile vel impossibile boni sequitur naturaliter spes aut desperatio, animalibus inlita: à natura, velut non cognoscētib. rebus naturalis propensio, vt possibile bonum studiosè ac sedulo prosequantur, nec circa impossibile frustra laborent: Idemque ferè progressus & ordo in bestiarum operationib. obseruatur, qui cernitur in humanis, quas constat spe sustentari ac dirigi: Deniq; quam certum est in homine præter spem voluntatis aliam esse, quæ sentientis appetitus perturbatio existat circa materiale bonum aciuendum, tam certum esse debet in bestiis quoque posteriolem hanc inesse. Plurimum enim iuuat & promouet actiones omnes agentique animum ac vires addit: tum quia dilatat cor & spiritum caloremque diffundit: tum propter voluptatem ac delectationem, quam comitem habet, futuraque ex adepto bono voluptatis opinione. Sicut contra desperatio summo opere obest & impedit: tum propter cordis contractionem; Vnde membra omnia desperantibus concidunt: tum propter maiorem operationisque iniucunditatem, qua se absque vilo fructu laboratum putat.

Iam verò ex spe audaciam nasci & confidentiam atque ex desperatione contrariam illius ignauitatem ipsa testatur: Confirmauitq; Philosophus vbi Nautas dixit audere in mari & confidere ob spem: ac rursus, confidere hominis esse benè sperantis, eosque, qui benè sperant, confidere in periculis. Qui enim cōsequi se posse sperat optatum bonū aut difficultatem in eo consequendo superare, audaciter illud insequitur. Ideo audaces affirmant esse præcipites vellēq; ante ipsa pericula periclitari: quoniam sperant omnia se quantumuis magna superare posse. Quò fit,

*Desiderium*

*Spem ad desiderium & appetitum concupiscentem spectare.*

*Qui maiore spe erant.*

Quo fit, vt in ipsis constituti periculis absint internum & recedant, quod maiora, quam opinati fuissent, inueniant viresque suas impares experiantur. Audacia opponitur ignavia desperationis proles. Vnde ignauum dixit Philosophus desperandum quendam esse. Nam qui bonum consequi aut difficultates superare se posse desperat, illico cadit animo, nec aggreditur quidquam nec tentat: quin difficultatem potius reuiget. Huncque ignauum dicere conuenimus.

De confidentia.

Inter audaciam igitur & ignauiam, velut extrema vitiosa, media consistit confidentia, fortitudinis propria, bonaque ac moderata spei comes. Ita qui nimium ac temere sperat, audax est, qui nihil, ignauus, confidens & fortis in medio versatur, & ea, quae speranda sunt, cum ratione sperat, quaeque desperanda, desperat. Ergo quaecumque spem augere solent, vt in experientia, vel experientia & vis rerum, corporis roborem amicorum & pecuniarum multitudo, & alia his similia, audaciam item maiorem faciunt aut certe confidentiam. Maxime vbi homo de diuino confidat auxilio, & vt in secundo de arte dicendi habet Aristoteles, si in Deum sit pius, tamque ad caetera, quae attribuuntur Deo, quam ad omnia bene se habeat. Vnde vox illa Pauli, Omnia possum in eo qui me confortat. Sic enim demum omnia sperare licet. Contrario vero desperant merito & sunt ignaui, quicumque his priuati sunt: quaeque desperatione, eadem ignauiam item inducunt. Sed Aristoteles in 3. lib. de partibus anim. cap. 4. animalia ea, quae parum habent cor, audaciora fidencioraque scripsit esse: Timida, quae magnum. Ideo lepores, ceruus, & alia quaedam, timida esse, quod magnum cor habeant corporis sui proportionem, neque calorem cordi conuenientem. Quippe facilius calefcit paruum, quam magnum cor, sicut parua domus, quam magna. Eandem ob causam quibus pulmones multo pleni sunt sanguine, & ideo calidi, ij fortes esse dicuntur: timidi, quibus exangues. Eadem etiam est causa, cur Iuuenes sint audaces; calidi namque, multa spe viuentes, robusti, & alij huiusmodi rebus ornati. Minime vero Senes ac feminae, propter contrarium scilicet affectum & conditionem oppositam. Etrij quoque & amentes audaces sunt: illiquidem propter calorem vini, ambo autem quod difficultates & pericula non cognoscant. Sed quod Aristoteles addidit in secundo de arte dicendi cap. quinto tum experientiam, tum in experientiam audaciam adferre; magnopere confirmabit id, quod non multo antea dixi, spem quoque ex vtraque nasci. Propterea enim audacia nascitur, quod spem hanc sequatur. Nam qui pericula plurima experti sunt & euaserunt, euasuros se omnia sperant. Qui vero experti nunquam sunt, nihil mali suspicantur. Denique ira confidentem & audacem facit. Ira siquidem vt est in tertio de moribus cap. 8. maxime est ad pericula subeundae perretrix ac praecipitatrix. Tum quia iracundi calidi sunt & fortes, iraque commota funditur per totum corpus sanguis & spiritus, viresque crescunt. Tum quia ratione turbata non prauidentur difficultates ac pericula. Ac demum ira incitat ad

Alitionem animi, quae ad superandas difficultates addit.

De timore mali.

Quid autem timor sit, exponet tum Aristotelis illud in tertio moralium cap. sexto timorem esse expectationem mali. Quam definitionem velut communem & peruulgatam adfert. Tum vero maxime alterum illud in secundo de arte dicendi cap. quinto sit ergo timor ex imaginatione futuri mali corruptentis ac dolorem inferentis perturbatio quaedam aut tristitia. Non enim cuncta timemus mala, sed quaecumque vel tristitias magnas vel corruptiones adducunt: & ea, quae non longe absumt, sed propere videntur vt iam impendeant. Ex quibus verbis intelligas timoris obiectum esse imminens malum vt ad futurum, quodque vix vitari posse videatur. Omnia enim ea timentur, quaecumque adferre huiusmodi mala posse putantur: vt potentium virorum ira & inimicitia, iniustitia vires habens, virtus contumeliosae affecta viresque habens, conscij se perperam fecisse aliquid, potentes iniuriis afficere, quique iniuriam passi sunt aut pati se putant, immo & qui iniuriam intulerunt. Hi enim timentes ne contra referatur, inferre pergunt. Item quidem isdem certant: nam semper pugnant, & qui a maioribus, multo magis a minoribus timentur: Quoniam his facilius obesse possunt. Et iniuria vero affectis, inimicis, & aduersariis tranquillis, dissimulatores, & versuti, timentur magis, quam ij, qui aucta sunt ira ac minaces. Omnia tandem ea timentur, quae miserabilia videntur: praesertim si, cum euenerint, vel omnino vel facile corrigi & emendari non possint.

Timor quid.

Qua timentur.

Timoris causa.

Ergo timoris obiectum absolute malum est imminens: circa malum enim & timor & tristitia versantur, sed timendum malum imminens est & futurum, tristitia praesens. Ideo tristitia consilium abigit, at in timore satagit anima & consilium quaerit, quo imminens auertat malum. Et Aristoteles timorem dixit ad consulendum inducere: indeque colligit cum timore coniunctam semper esse spem, quae ad quaerendam incitet media, quibus malum, quod timeatur, auerti queat. Propterea qui se grauiam quaeque perperos esse opinantur, nihil timent, quoniam illorum spes extincta penitus est: veluti qui iam in supplicio sunt: spe namque extincta, malum iam praesens apprehendunt, consternanturque animo ac tristantur potius, quam timent. Hinc etiam minds timent illi, qui consilium capiunt aduersus imminens malum: sperant enim se fortasse auertere posse. Subita vero & improuisa timentur maxime: tum quod nesciat anima quid ea sint, & aliquid veretur mali: ideo amici quoque repente ad orientes timentur: tum quod angitur maxime, satagit, & confunditur: cum tam cito nequeat inuenire consilium & in quibusdam angitur plurimum; quod ignoret quanam cum illis coniuncta sint aut sub illis lateant, bonae an mala; latensque aliquod malum imminens suspicatur. Quam ob causam improuisa quaeque vel etiam lapilli casus, nox,

solitudo, mare, præcipitiorum bellique imago, timentur; Quoniam in his omnibus veremur aliquid, quod obesse possit; moxque affuefacti nil timeamus, quasi nil subesse mali deprehenderimus. Itaque quò vel magis fuerint repentina & ignota, vel maiora mala, timorem maiorem incutit. Quò etiam fuerint propinquiora. Etenim mors, etsi malorum omnium horribilis maxime, vt Philosophus dixit, minime tamen à plerisque ac præsertim iuuenibus timetur, quòd imminere illam non putent, vt in secundo de arte dicendi idem ipse Philosophus loquitur. Augent porò timorem ea, quæ vix remoueri posse videntur: tum quia maiora putantur: tum quia maxime fatagit anima inopisque consilij angitur: etsi omnino non videt se auertere posse, in extremam tristitiam desinit. Itaque nec dum timor pessima est omnium perturbatio. Nam consilium admittit, neque illi profus succumbit anima, sed conatur auertere. Peior multo tristitia, quæ consilium abiicit, maloque succumbit.

Qui timet.

Hinc magis timent inexperti, vt pueri & mulieres. Magis quippe & anguntur, neque consilium inueniunt, maioraque mala suspicantur coniuncta & latentia, quam expertus re ipsa deprehenderit. Sed & mulieribus frigida est corporis temperatio: atque, vt calor audacem, sic frigus timidum facit, frigidioraque animalia quæque sunt item timidiora. Et Aristoteles in 2. comment. commemorato lib. cap. 10. iuuenis calidos audaces esse scripsit, senesque frigidostimos: timor enim frigiditas quadam est. Nam cum in timore cor maxime laboret, vt palpitatio testatur, concitatusque pulsus, sanguis, spiritus, & calor ad illius membri deffensionem, quod eorum totiusque animalis vitæ fons est & principium, vndique colliguntur. Ita enim natura comparatum est, vt virtus vna quæque, si oppugnetur ac periclitetur, contrahat sese atque ad sui conseruationem colligat. Fit autem contractio & collectio ab exterioribus ad interiora, atque à superioribus ad inferiora, potius quam contra; quia cor & principium illud & fons intus est, atque in medio animalis positum. Cumque in senibus perexiguus contineatur sanguis, spiritus, & calor, facile totus colligitur frigusque in vniuerso corpore ac timore augetur.

Iam verò ex hac contractione intelligetur per multorum causa, quæ in timentibus obseruamus, atque ab Aristotele ferè tractantur in 27. sectione problematum. Primum est, cur timentes frigeant, palleant, tremant, seu trepidant. Est autem tremor motus in contrarias partes, trepidantque qui ita mouentur, vt consistere profus nequeant. Etenim deficit calor atque ab exterioribus ad interiora recedit, atque ad cordis inum refugit. In ira verò seu excandescencia, etsi calor interiora quoque petat, quia tamen non ad eundem recedit locum, sed ad cordis potius suprema, vt iterum repellatur, cor calore circumfusum feruet, sursumque ad vltionem effert se calor, & fidibundus, rubicundus, ac spirabundus efficitur homo. Alterum, cur metuentibus manus præsertim & inferius labium tremant; voxque aut tremat aut penitus adimatur. Vox quidem aut tremat aut

Cum manus inferius labium tremant, voxque deficit.

deficit, quia deficit calor in pectore ac superioribus partibus, quæ vocem mouere debent. Eandem ob causam tremunt & manus, quòd multum à corde distent, pendèntque ex pectore, quòd calore destituantur. Sunt quoque manus & inferius labium magis mobiles partes, & cum minimè sint sanguineæ, refrigerantur facile. Labium autem inferius potius quam superius: Tum quia magis mobile: tum quia superius inde pendet, quòd supra natura vergit; inferius autem caloris duntaxat beneficio sursum stabilitur & quiete: sublato indiget ac tremat: idem propemodum tandem ob causam in ira euenit & excandescencia; quòd calor sese ad cor recipiat. Tertium, cur timentes siccant interdum, vt qui aditu tormenti sunt, milites ex prælio fugientes, quique indico conturbantur, vt neque possint expuere. Calor quippe ex sanguis partes delectat exteriores, atque ad interiores contracti magis inflammant & siccant, roridum humidum abluendo, quo absumpto sitiunt: nam situs appetitus est humidus & frigidus. Quartum, cur timentibus fundantur alui & prouocentur vrinae. Calor namque ad ima descendens diffundit, liquefacit, dilatat, ac vias omnes aperit. Anethum etiam, absynthium, & quæcumque vrinam mouent, calida sunt, medicamentaque alio accommodata calorem habent. Vt enim contrahit frigus & cogit, sic dilatat calor & aperit. Ita metuentibus exteriores contrahuntur partes, interiores soluntur.

Cæterum timoris species à S. Ioann. Damasceno lib. secundo de fide cap. 15. & Nemelio prima philosophia cap. 14. & S. Thom. prima secunda, quaestione 41. Ferèque à Theologis & aliis numerantur sex, segnities, embescencia, verecundia, admittio, stupor, & agonia. Etenim malum aut in hominis operatione spectatur, aut in exterioribus rebus. In operatione vel grauis aliquis & nimius labor timetur, vel turpitudine, quæ bonam lædat exitum. Alter horum timor segnities dicitur seu cunctatio: quæ si in agendo consideretur propria voce. Si in consulendo, meditando ac prospiciendo quid agendum sit, locordia vocatur. Alter embescencia, si turpitudine timeatur in actu qui committitur, & verecundia, si in actu iam commisso. In exterioribus autem rebus, quæ ad nos spectant, si tam magnum timeatur malum, vtilius exitum spectare non possumus, admiratio est. Nam hæc vox omni ob ignoracionem causæ suspensionem animi communis est: atque in magno malo timorosa nascitur admittio, quam Damascenus & Nemelius *ἐκτασις* seu terrorem appellarunt. Quòd si in conuictum aliquid offeratur malum, magnum tamen, oritur stupor; iuxta illud Poætæ, obstrepui steteruntque comæ. Habet enim immobilitatem quandam ex caloris spiritusque defectu. Denique si malum adeò sit improuolum ac repentinum, vt nec auertere nec inuenire consilium possumus, agonia efficitur, certatio quædam, sollicitudo, ac difficultas animæ quæ nec auertere, nec auerendi consilium inuenire potest. Agoniam Nemelius timorem non potendæ rei definit, propterea quòd ideo difficultatem patitur & sollicita anima est.

Præ-

Præterea timorem interdum comitatur horror. Est autem horror asperitas corporis & pilorum ex eo profecta, quod spiritus & calor introrsum confugiunt cutemque deserunt: Vnde pars ea subleuet, quæ subleuet. Adest & pavor, animi repentina percussio, quæ confectionem facit, etsi fuerit vehementior, mortem interdum adfert. Nam aliqui timore perierunt; quod calore nimio & sanguine suffocetur cor, partesque reliquæ ita destituantur, vt functionibus careant necessariis. Cernitur non nunquam etiam ac priuatio sensuum. Non solum enim ex contemplatione nascitur & amore, sed & ex timore, timorosaque vocatur: abscedente scilicet calore & spiritu anima nihil sentit. Ex subito quoque & magno timore orta est interdum canities; vt de quodam, qui ad supplicium seruabatur in turri, narrat Iulius Cæsar Scaliger exercitatione aduersus Cardanum 312. Canities quippe putredo, eruditas, & ægritudo pilorum est, vt habet Philosophus problemata 36. sect. 10. & lib. quinto de animalium ortu cap. primo & quarto. Contracto enim ad interiora calore, materia pilorum non coquitur, sed putrescit. Diximus hac de re in lib. de partibus Heterogeneis.

An verò ex naturarum sola contrarietate & antipathia, an quoddam sibi nocere facile dixerim. Namque sola naturarum repugnantia auersionem potius faceret, quam timorem aut non minus ouem lupus, & pullum miluus, timeret. Si verò opinio noxiæ, galli cantum non timeret leo. Quid enim ab illo sibi timeatur: vttramque igitur fortasse oportuerit adesse causam: aut si standum in altera sit noxiæ potius opinionem eligam: neque enim leo tam timet, quam horret gallum. Atque vt obiectum timoris est malum, sic efficiens causa est imminens illius opinio, seu eius, quod illud possit inferre: materialisque dispositio est inopia virtutis in eo, quod auertere illud non valet. Nam quod potentius fuerit ac robustius id, quod inferre malum potest, imbecilliusque & infirmius id, cui potest inferri, eo magis timetur. Maior est de Ephialte difficultas, quem incubum Latini nominant, cum dormientes ingenti super incumbente pondere præmi videntur, ac vehementer timent. Dicitur enim est *ἄνθρωπος ἐπιπέδιος*, quod inuadat hominem ac præmat. Ex voracitate & cruditate, nimiaque in caput euaporatione, oriri dicunt Medicorum plerique. Namque obstructis per somnum neruis, qui ad pectus eleuandum veniunt, eiusque dilatione prohibita, subit illorum memoria, quæ dilationem eam prohibere solent, velut ponderis nos opprimentis cuiuspiam: quod dum tanquam ignotum occurrit, timorem incutit, eoque incusso excitatur rursus memoria eorum, quæ perterrefacere solent, vt demonis, aut alterius similis opprimentis, & ideo cum timore excitamur. Quibus ego quid contradicam non habeo. Sed humore aut vapore occupatis & quasi captis pectoris musculis, dorsoque musculis, ac tendonibus laborantibus, quod mirum si premi ac suffocari nobis videamur. Dorsum enim & musculi laborant, nec expeditum habent motum. *Quam*

**A** ob causam grauiorum morborum ante ambulationes esse lucubri existimantur: quod ex prauis humoribus in corpore redundantibus emanatur. Verum enimvero vt perturbationes ceteræ, sic timor ortum habet ex amore in eoque sustentatur. In amore inquam, vel sui ipsius, vel alterius, nam ideo timemus malum auertere: conamur, aut à nobis, aut ab alio, quod vel nobis vel illi volumus bonum & esse, quod bonorum omnium fundamentum agnoscitur singulare. Sæpè etiã sit, vt quod aliquid velut bonum amemus, contrarium illius apprehendamus vt malum timeamusque: & iacturam timemus bonorum, quæ habemus: quia cum amemus; priuationem illorum velut malum apprehendimus. Quare S. Augustinus in lib. 83. quæst. quæstione 33. aliam dixit non esse metuendi causam, quam neid, quod amamus, aut amittamus adeptum, aut non adipiscamur speratum. Et quamuis subtiliter & auctè, vt solet, disputans, metum ipsum metuere nos non posse conficiat. Tum quia quod metuitur, metu custoditur ne amittatur: sicut qui amittere sanitatem metuit, metu eam custodit: non metuere autem nemo potest metuendo custodire. Tum quia metus omnis rem aliquam fugit, neque res vlla seipsam fugit. Tum demum quia metus est futuri & imminens mali, qui verò metuit, præsentem iam habet metum: vt ineptus sit, qui metuere metuar, quoniam fugiendo habet id ipsum, quod fugit, immò metuendo amplectitur metum, quem fugit: quantum inquam hæc subtiliter & auctè disputentur, est tamen in promptu distinctio S. Thomæ 1. secundæ quæst. 42. art. octauo duobus modis spectari timorem posse: vel vt extrinseca oritur causa, quæ malum est imminens apprehensum: vel vt voluntati subest, dum rationi obsequitur appetitus inferior. Etenim Augustinus posteriore modo timorem spectasse videtur, verèque pronuntiasse timeri timorem non posse, quoniam si voluntas timeri timorem imperat, iam adest timor. At priore modo sanè timeri potest timor, qui forinsecus immineret, ne scilicet immineat nobis necessitas propter magnum aliquod malum timendi. Dicam planius; Vnum & eundem numero amorem timeri seipso non posse; hocque Augustini argumenta concludere posse tamen vno timore timeri alium, vt ita timore vno futurum alium auertas, ab eoque immunem tetuearis. Nam & vno amoris vel odij aut etiam spei actus amare nos animaduertimus aut odisse vel sperare alium. Addit August. Niphus in commentariis 2. lib. rethoricorum, in iis, quæ denominatione sunt talia, standum esse ad ea, quæ essentia sunt talia. Vnde quia timore timemus mala, ipse non timore alio, sed seipso timetur: nec tam timetur ipse, quam id est, quo timemus, & cum sit id, quo timemus, ipse essentia sua timetur: Nullus verò miretur, quem ceteri timorem dicunt, S. Augustinum appellasse metum. Quoniam hæc non distinguunt Latini, & vtrumque opinionem esse futuri mali dixit in quarta Tusculana Tullius, timoremque definiuit esse mali appropinquantis metum. Formido & pavor maius aliquid significare

**B** priuationem illorum velut malum apprehendimus. Quare S. Augustinus in lib. 83. quæst. quæstione 33. aliam dixit non esse metuendi causam, quam neid, quod amamus, aut amittamus adeptum, aut non adipiscamur speratum. Et quamuis subtiliter & auctè, vt solet, disputans, metum ipsum metuere nos non posse conficiat. Tum quia quod metuitur, metu custoditur ne amittatur: sicut qui amittere sanitatem metuit, metu eam custodit: non metuere autem nemo potest metuendo custodire. Tum quia metus omnis rem aliquam fugit, neque res vlla seipsam fugit. Tum demum quia metus est futuri & imminens mali, qui verò metuit, præsentem iam habet metum: vt ineptus sit, qui metuere metuar, quoniam fugiendo habet id ipsum, quod fugit, immò metuendo amplectitur metum, quem fugit: quantum inquam hæc subtiliter & auctè disputentur, est tamen in promptu distinctio S. Thomæ 1. secundæ quæst. 42. art. octauo duobus modis spectari timorem posse: vel vt extrinseca oritur causa, quæ malum est imminens apprehensum: vel vt voluntati subest, dum rationi obsequitur appetitus inferior. Etenim Augustinus posteriore modo timorem spectasse videtur, verèque pronuntiasse timeri timorem non posse, quoniam si voluntas timeri timorem imperat, iam adest timor. At priore modo sanè timeri potest timor, qui forinsecus immineret, ne scilicet immineat nobis necessitas propter magnum aliquod malum timendi. Dicam planius; Vnum & eundem numero amorem timeri seipso non posse; hocque Augustini argumenta concludere posse tamen vno timore timeri alium, vt ita timore vno futurum alium auertas, ab eoque immunem tetuearis. Nam & vno amoris vel odij aut etiam spei actus amare nos animaduertimus aut odisse vel sperare alium. Addit August. Niphus in commentariis 2. lib. rethoricorum, in iis, quæ denominatione sunt talia, standum esse ad ea, quæ essentia sunt talia. Vnde quia timore timemus mala, ipse non timore alio, sed seipso timetur: nec tam timetur ipse, quam id est, quo timemus, & cum sit id, quo timemus, ipse essentia sua timetur: Nullus verò miretur, quem ceteri timorem dicunt, S. Augustinum appellasse metum. Quoniam hæc non distinguunt Latini, & vtrumque opinionem esse futuri mali dixit in quarta Tusculana Tullius, timoremque definiuit esse mali appropinquantis metum. Formido & pavor maius aliquid significare

**C** metus est futuri & imminens mali, qui verò metuit, præsentem iam habet metum: vt ineptus sit, qui metuere metuar, quoniam fugiendo habet id ipsum, quod fugit, immò metuendo amplectitur metum, quem fugit: quantum inquam hæc subtiliter & auctè disputentur, est tamen in promptu distinctio S. Thomæ 1. secundæ quæst. 42. art. octauo duobus modis spectari timorem posse: vel vt extrinseca oritur causa, quæ malum est imminens apprehensum: vel vt voluntati subest, dum rationi obsequitur appetitus inferior. Etenim Augustinus posteriore modo timorem spectasse videtur, verèque pronuntiasse timeri timorem non posse, quoniam si voluntas timeri timorem imperat, iam adest timor. At priore modo sanè timeri potest timor, qui forinsecus immineret, ne scilicet immineat nobis necessitas propter magnum aliquod malum timendi. Dicam planius; Vnum & eundem numero amorem timeri seipso non posse; hocque Augustini argumenta concludere posse tamen vno timore timeri alium, vt ita timore vno futurum alium auertas, ab eoque immunem tetuearis. Nam & vno amoris vel odij aut etiam spei actus amare nos animaduertimus aut odisse vel sperare alium. Addit August. Niphus in commentariis 2. lib. rethoricorum, in iis, quæ denominatione sunt talia, standum esse ad ea, quæ essentia sunt talia. Vnde quia timore timemus mala, ipse non timore alio, sed seipso timetur: nec tam timetur ipse, quam id est, quo timemus, & cum sit id, quo timemus, ipse essentia sua timetur: Nullus verò miretur, quem ceteri timorem dicunt, S. Augustinum appellasse metum. Quoniam hæc non distinguunt Latini, & vtrumque opinionem esse futuri mali dixit in quarta Tusculana Tullius, timoremque definiuit esse mali appropinquantis metum. Formido & pavor maius aliquid significare

**D** timor est futuri & imminens mali, qui verò metuit, præsentem iam habet metum: vt ineptus sit, qui metuere metuar, quoniam fugiendo habet id ipsum, quod fugit, immò metuendo amplectitur metum, quem fugit: quantum inquam hæc subtiliter & auctè disputentur, est tamen in promptu distinctio S. Thomæ 1. secundæ quæst. 42. art. octauo duobus modis spectari timorem posse: vel vt extrinseca oritur causa, quæ malum est imminens apprehensum: vel vt voluntati subest, dum rationi obsequitur appetitus inferior. Etenim Augustinus posteriore modo timorem spectasse videtur, verèque pronuntiasse timeri timorem non posse, quoniam si voluntas timeri timorem imperat, iam adest timor. At priore modo sanè timeri potest timor, qui forinsecus immineret, ne scilicet immineat nobis necessitas propter magnum aliquod malum timendi. Dicam planius; Vnum & eundem numero amorem timeri seipso non posse; hocque Augustini argumenta concludere posse tamen vno timore timeri alium, vt ita timore vno futurum alium auertas, ab eoque immunem tetuearis. Nam & vno amoris vel odij aut etiam spei actus amare nos animaduertimus aut odisse vel sperare alium. Addit August. Niphus in commentariis 2. lib. rethoricorum, in iis, quæ denominatione sunt talia, standum esse ad ea, quæ essentia sunt talia. Vnde quia timore timemus mala, ipse non timore alio, sed seipso timetur: nec tam timetur ipse, quam id est, quo timemus, & cum sit id, quo timemus, ipse essentia sua timetur: Nullus verò miretur, quem ceteri timorem dicunt, S. Augustinum appellasse metum. Quoniam hæc non distinguunt Latini, & vtrumque opinionem esse futuri mali dixit in quarta Tusculana Tullius, timoremque definiuit esse mali appropinquantis metum. Formido & pavor maius aliquid significare

**E** timor est futuri & imminens mali, qui verò metuit, præsentem iam habet metum: vt ineptus sit, qui metuere metuar, quoniam fugiendo habet id ipsum, quod fugit, immò metuendo amplectitur metum, quem fugit: quantum inquam hæc subtiliter & auctè disputentur, est tamen in promptu distinctio S. Thomæ 1. secundæ quæst. 42. art. octauo duobus modis spectari timorem posse: vel vt extrinseca oritur causa, quæ malum est imminens apprehensum: vel vt voluntati subest, dum rationi obsequitur appetitus inferior. Etenim Augustinus posteriore modo timorem spectasse videtur, verèque pronuntiasse timeri timorem non posse, quoniam si voluntas timeri timorem imperat, iam adest timor. At priore modo sanè timeri potest timor, qui forinsecus immineret, ne scilicet immineat nobis necessitas propter magnum aliquod malum timendi. Dicam planius; Vnum & eundem numero amorem timeri seipso non posse; hocque Augustini argumenta concludere posse tamen vno timore timeri alium, vt ita timore vno futurum alium auertas, ab eoque immunem tetuearis. Nam & vno amoris vel odij aut etiam spei actus amare nos animaduertimus aut odisse vel sperare alium. Addit August. Niphus in commentariis 2. lib. rethoricorum, in iis, quæ denominatione sunt talia, standum esse ad ea, quæ essentia sunt talia. Vnde quia timore timemus mala, ipse non timore alio, sed seipso timetur: nec tam timetur ipse, quam id est, quo timemus, & cum sit id, quo timemus, ipse essentia sua timetur: Nullus verò miretur, quem ceteri timorem dicunt, S. Augustinum appellasse metum. Quoniam hæc non distinguunt Latini, & vtrumque opinionem esse futuri mali dixit in quarta Tusculana Tullius, timoremque definiuit esse mali appropinquantis metum. Formido & pavor maius aliquid significare

Timoris effectus horro.

Pavor.

Canities.

Quæstio luporum timor.

Ephialtes seu incubus unde.

Timor est amor.

An timor timetisqueat.

Timoris ducta nomina.

creduntur. Ac metus quidem à motu animi dictus esse, quo refregit malum: Formido verò, quòd vehementius mota foras feratur vt à se abeat: ac demum pavor à pavendo, dum ex ventura rei horrore tunditur vehementer pectus. Auctor est Varro. Magis philosophicè Scaliger, metum demissionem significare animi propter futuri mali expectationem, *de re iudic. 7. ubi dicitur*, amittitur enim seu abijcitur constantia. Timorem autem expectationem censura eorum, qui sunt in dignitate constituti, *de re iudic. 7. ubi dicitur*. Formidinem vero à formis & spectris, quæ timorem incutiunt, dictam fuisse. Ac demum pavorem esse animi percussione, Græca origine *maion*, quod est ferre & pulsare; Vnde pavore. At terror comparatione horum omnium adiuè se habet, quod vox ipsa indicat, quasi terreat ac timorem incutiat, seu actionem in alium transmittat. Verùm hæc minoris momenti sunt.

### DE VERECUNDIA & erubescencia.

**T**imoris alumna & quasi vernacula verecundia est. Oritur enim ex imaginatione mali vt timor: estque illius veluti pedagogus & stimulus ad repellenda mala. Quam ob causam Euripides impudentiam dixit inter homines morborum omnium maximum esse: & Xenophon in primo de Cyripædia, inuerecundiam ad omnem turpitudinem esse ducem maximam. Hesiodus tamen verecundiam affirmat obesse multum, eandemque prodesse. Est enim quædam laudabilis in verecundia, quæ rusticum ac bonarum actionum pudorem pellit: alia improbanda, quæ ne mala quidem ac turpia veretur: quæ priori opponitur verecundia, plurimum obest, dum bonas & honestas actiones impedit, extatque de ea Plutarchi opusculum. At quæ posteriori aduersantur, prodest, dum turpes ac malas prohibet. Hæc in pueris, adolescentibusque laudatur. Tum quòd in illis libido vigeat, quam cohibet verecundia, vt est in quarto moralium cap. ultimo. Tum quòd ingenui animi sit indicium. Vnde Diogenes Cynicus cum adolescentem rubore suffusum cerneret; Euge, inquit, Adolefcens talis est virtutis color. In Seneca minus probatur, quòd illum verecundia dignum agere quidquam non oporteat, turpèque illi est absque correctione ac virtute sensuisse. Et enim verecundia dolor quidam est & tristitia de defectu proprio, timorèque habet infamiae, vt Aristoteles definiuit, vel vt in secundo exposuit de arte dicendi cap. sexto. Tristitia est & perturbatio aut malis presentibus aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam adferant. Contra inuerecundia contemptus eorum est & impatibilitas. Quæ tristitia & dolor præsertim nascitur, si adit qui cognoscat aut reprehendere defectum possit. Et quoniam coram illo partium omnium maximè laborat facies, aspe-

Verecundia duplex.

Verecundia in quibus laudatur

Verecundia in inuerecundia quid.

Facies rubor.

**A**ctum illius ac presentiam non sustinens ad eam mouetur sanguis & calor: Ideò erubescimus atque oculos præ pudore demittimus, quasi presentiam illius, qui nostri peccati testis est, non tolerantes. Quòd si nullus adit, absque rubore tristamur. Ita verecundos rubescere, timentes pallere dixit verè Aristoteles in quarto moralium. Et enim in *Cap. 10. de re iudic. 7. ubi dicitur* verecundia laborat facies, in timore cor, atque in illa ad faciem, in hoc ad cor consistit sanguis. At quoniam ex rerum turpium admisione nascitur verecundia, eam probo ac sapienter viro negat conuenire: quoniam hic turpe nihil admittit. Si quid tamen incautè admitteret; hæc is quoque & verò maxime verecundia stimulos perferret. Verùm tunc non sapienter, sed insipienter egisset: omninoque affirmare licet eam in sapiente locum non habere, si actiones ipsius proprie considerentur: omnes quippe honeste sunt. Potest tamen is quoque verecundiam sentire, siquid turpe cernat aut audiat: aut propter ea, quæ turpiter à parentibus, filiis, alijve, qui ad illum pertinent, admittantur. Est igitur hic affectus laudabilis, non absolute, sed turpi quopiam admisso. Quare in ijs tantum laudatur, qui turpe aliquid vel admittunt vel admittere possunt. In mulieribus semper probatur: quia cum mulier sit animal mancum & imperfectum, atque per totam vitam adolescentulus, in aliquo semper peccare potest: & omnino sapienter Pythias Aristotelis filia, cum quæstum esset, quinam mulieribus esset pulcherrimus ad ornandam faciem color, eum respondit esse, qui ex pudore nascitur.

Quòd autem à plerisque nunc quæritur an verecundia sit virtus an perturbatio, iam pridem fuit ab Aristotelo definitum: namque in secundo de arte dicendi tristitiam quandam ac

**D** perturbacionem dixit eam esse, & in quarto moralium affectum potius esse, quam habitum, cum infamiae timor sit. Testatur id adiunctus rubor vel affectus, quo immutatur corpus, non vt habitus. Et ex eo argumentatur Eultrarius, quod eam Philosophus dicit non esse absolute bonam, sed ex hypothesi & conditione: solaque virtus per se & absolute bona & expetenda iudicatur. Neque verecundari, vt diximus, sapienti & probo viro conuenit, sed insipientis & improbi proprium est, eiusque, qui turpia fecerit. Accedit, quòd si virtus foret, in nostra esset potestate, sicut virtutis cuiusvis actio: non est autem in nostra potestate, quin res potius naturalis, quam actionibus & aluetudine comparata. Et quoniam in secundo eiusdem operis libro cap. septimo fateatur idem ipse Philosophus mediocritatem quandam eam esse inter excessum eius, qui verecundatur in omnibus, quem paritum nominamus; & defectum eius, qui nil penitus vereatur, quem impudentem dicimus: Virtutem tamen non esse confirmat, sed laudabilem affectum. Neque enim in virtutibus modò, sed & in affectibus & ijs, quæ circa affectus versantur, mediocritas quædam est: quibus ad veram virtutis vim deest vt sit habitus electionis. *de re iudic. 7. ubi dicitur* Est igitur

Verecundia  
dicitur  
timore  
à tristitia  
diffinitur.

Est igitur verecundia perturbatio quaedam, hoc magno opere à timore diuersa, tum quòd species illius sit, tum quòd futuri duntaxat & imminētis mali sit timor; verecundia futuri; präteriti, & præsētis: & si ex genere omnia hæc cum ordine ad futuram atque imminētem confusio- nem & infamiam ex actione turpi consequen- tem complectatur. Itaque omnis sanè verecun- dia timorem habet adiunctum, quia verecundia omnis timor est ignominia; & Aristoteles, igno- minia imaginationem eam esse dixit. At non omnem timorem sequitur verecundia: sed cum timere ea quoque possimus quæ infamiam nul- lam adducunt, timor erit sine verecundia. Ac rursum si non solum circa futura, vt timor; sed etiam circa präterita & præsētia, quemadmo- dum tristitia, verecundia versatur; non solum ex timore orietur, vt rōm & ex tristitia; & si ti- mor semper aliquis adsit. Nec tamen ex quauis tristitia oritur: quoniam de malo quoque tri- stamur, quòd nec ignominiam nec verecundiam habet. Ergo verecundia, timori, ac tristitia commune est circa futurum versari: Verecundia- que ac timori, versari circa futurum; infamiam inquam futuram, ac demum in eo cum tristitia conuenit, quòd ex re quoque præsēti infamiam eam veretur. At hoc est verecundia proprium, quòd non quoduis, sed ignominiosum respicit malum: neque futurum modò aut præsēns vel präteritum, sed & futurum, & præsēns, & präteritum. Hoc autem malū proprium esse oportet ac nostrum, aut ad nos certè quoquo modo spectare: vt defectus malique mores filiorum, & alia quæcumque mala, quæ aut nobis, aut iis, qui nobis cura sunt, aut nobiscum quauis ratio- ne coniuncti, dedecori & infamiae esse videntur.

Ex quibus  
verecun-  
diatur.

Quæ omnia visus est Aristoteles ad tria capita reuocare; ad vitium, ad inexperientiam, & ad viam. Verecundiam adferunt ea, quæ sunt à vitio; vt scutum amisisse in bello, aut fugere, negare depositum, commiseri quibus, vbi & quan- do non oportet, licita assequi ex paruis, aut tur- pibus, aut impotentibus; non opitulari pecunia eum possis, aut minis quàm possis, iuuari ab iis quibus minor est facultas; & alia, quæ vel ex metu, iniustitia, libidine, avaritia, illiberalitate, vel alio quouis oriuntur vitio. Adfert etiam inexperientia; esse inquam expertem eorum ho- norum, quibus omnes, aut pares, aut plurimi saltem, vel etiam minores, participant. Hanc ob causam erubuit Themistocles, cum in conuiuio reculauit lyram, habitusque indoctior est, vt in p<sup>a</sup> Tusculana auctor est Tullius. Maioremque hæc adferunt ignominia, si is, qui bonis illis caret, fuerit alius eorum causa, vel etiam sibi ipsi malo- rum ac turpium. Denique ex vi & passione ducitur verecundia: siquidem patientes aut passi aut passuri ea, quæ infamiam & ignominiam addu- cunt, verecundantur: Quæ existimantur ea, quæ ad ministeria & sordidas quasdam ac turpes artes spectant; vel etiam ad libidinem, & eius- modi quæuis. Etsi enim hæc patiamur inuiti; turpe tamen & timiditatis seu imbecillitatis est pati, neque sese defendere. Quocirca multos in historiis legimus, ne quid turpe paterentur, vltro sibi mortem consciauisse, aut ab aliis susti-

nuisse; alios per vim passos occubuisse, vt de Lu- cretia Romana scitum est. Plures etiam grauif- simè vltos illatam sibi iniuriam: & Caium Ma- rtiū laudat Tullius in oratione pro Pudicitia vltus erat nece. Hæc tamen turpia maiori multò ducit- ur probro, si sponte; quàm si inuitus ea subeas.

Quos porro maximè vereamur & propter quos afficiamur verecundia; ad hunc ferè modum ex- posuit Aristoteles. Verecundia timor est igno- minia; nemòque de opinione curat, nisi propter opinantes. Eos igitur vereamur maximè, quos de nobis indicare posse putamus, quòsq; benè opi- nari vellemus. Neque enim pueros, seruos, & abiectos vereamur homines; quòd eorum de no- bis existimationem non curemus, nisi vt actiones nostras iis, quos magnificimus, indicare possunt. Ergò eos omnes vereamur, qui nos admirantur, magnòsq; ac præsentes arbitrantur viros. Infi- tum enim homini est à Natura, vt præsente ceteris ac multos in sui admirationem concitare velit: Ideòque vereamur eos, qui iam nos admirantur & suspiciunt, ne sententiam fortasse mutent. Vere- mur & eos, quos admiramur, ipsi & ceteris præ- stare ducimus, siue scientia, siue dignitate, inte- gritate vitæ, reue alia quauis: quoniam illorum iudicium magnificimus, laudarique à laudato viro præclarum est. Eos etiam, quos in amorem & admirationem nostri trahere cupimus. Time- mus enim, ne si quid à nobis minis sapienter fa- ctum viderint, oderint potius, aut contemnant. Idcirco eos etiam vereamur, cum quib. de hono- re ac dignitate cõtendimus: ac demum eos omnes, quorum de nobis existimationem non contem- nimus. Nam vt benè de nobis sentiat laboramus. Hinc prudentes, senes, doctos, ac sapientes ve- remur maximè: tum quòd cognoscant optimè atque de actionibus nostris iudicare possint: tum quòd magnà apud omnes auctoritatem habeant, eorumque de nobis iudicium probetur omnib. eòque magis vereamur, quò diutius nobiscum fu- turi sunt, pluràque nobis cum illis tractanda: pe- regrinos, exteros, & qui breui sunt abituri, aut cum quibus nihil est rei, haud multum curamus. Plurimum quoque erubescimus multitudinem; eaque præ ceteris verecundiam mouent, quæ in oculis multorum & palam fiunt: quòd multi ad- sint erroris testes. Vnde abiit in proverbium; Pu- dorem in oculis esse: nam aspectus ipse timorem incutit. Et Ouidius, noctem dixit carere pudore: multaque sūt in tenebris, quæ in lucem prodire nollemus. Et cæci ferè sunt impudētiores. Hanc fortasse ob causam Cupidinem Poëtæ cæcū esse dixere: impudens enim est. Ac pueri demum cum suffundunt pudore, demittunt oculos ac tegunt: maximaque impudentie, atque in malo pertinaciae signum est, si fixa oculorum acie aspectum cuius- piam viri diutius sustineant. Quid feminæ? si ho- nestiores sint, præsertim innuptæ rectis oculis vi- ros non aspiciunt. Eiusdè culpæ ac sceleris socios non vereamur; quòd ab illis reprehensio non ti- meatur: Eos verò magis, qui fuerint seueriores at- que ad ignoscendum difficiliore; nam & asperius increpant & liberius, deq; sententia agrius dimouen- tur. Sed maximè timeamus maledicos, dicaces, de- risorios, & qui in aliorum peccatis obseruandis plu- rimum occupantur. Neq; hos modò, sed & eos, qui

BBBBB

ea, quæ in nobis viderint renunciare aliis possunt. A  
Etenim perinde fuerit, siue ipsi viderint, siue ab  
aliis acceperint.

*Cur peti-  
ta negare  
pudeant.*

At nescio qui fiat, ut siquid à nobis petatur, li-  
benter si possimus morem geramus, pudeatque  
negare. An qui petit bene de nobis sentire, pro-  
bòque officiosus, ac liberales, existimate vide-  
tur? quam eorum opinionem confirmari atque  
augeri volumus: minuitur autem, si id nege-  
mus, quod petitur. Eamdem nimirum ob cau-  
sam veremur eos magnopere, qui amicitiam  
nobiscum inire volunt. Nam id eos cupere opi-  
namur, quòd iis, quæ in nobis sunt, inspectis  
ac probe consideratis, bonam de nobis conce-  
perint opinionem: eamque augeri percupimus.  
Propterea etiam veteres amicos & familiares ve-  
remur, si nullius vnquam sceleris nostri fuerint  
consci: quoniam bonam illorum de nobis opi-  
nionem mutari nolumus. Per multa tamen cum  
amicis & familiaribus absque pudore facimus: ut  
saltare, iocari, & similia, à quibus, si hospites &  
ignoti adsint, abstinemus. Nam quæ turpia sunt,  
ea ne apud amicos quidem & familiares faci-  
mus: quæ verò opinione solum & institutis ha-  
bentur turpia, vel indecora potius, quòd leui-  
tatem habere videantur, ignotos tantum & ex-  
ternos verentur. Atque hoc est, quod Aristote-  
les dixit, nos vereri notos in iis, quæ ad verecun-  
diam pertinent: Ignotos autem in iis, quæ ad le-  
gem seu opinionem.

*Verecun-  
di qui.*

Ex quibus omnibus intelligas etiam, quinam  
verecundia afficiantur. Afficiuntur namque illi,  
quicum iis versantur, quos vereri solent. Quo-  
niam ob eorum præsentiam afficiuntur verecun-  
dia. Et quamuis nil turpe coram illis admiserint,  
si tamen turpis alicuius actionis sibi sint consci,  
timet semper, ne illi innotescat: facileque suf-  
funduntur pudore.

*Verecun-  
dia, pu-  
dor, & e-  
rubescen-  
tia an dif-  
ferant.*

Porro inter verecundiam, pudorem, & erubescen-  
tiam, facile non est distinguere. Sunt qui pu-  
dorem putent rei esse turpiter actæ, verecundiam  
verò rectè etiam facti atque honesti: & ideo in-  
genuitatis ac modestiæ esse, atque in laude vere-  
cundiam poni: Pudorem autem animi esse sibi  
malè conscij ob perpetratum scelus. Sanè Eu-  
stadius pudorem scripsit ob perpetrata euenire  
mala: verecundiamque timorem infamiæ esse  
ob turpium suspensionem: Verecundiam verò &  
erubescentiam ita permulti separant, ut antea di-  
ctum est, ubi de timore agebamus: ut erubescen-  
tia sit actionis, quæ committitur, verecundia  
commissi iam actus. Ergo inter verecundiam &  
pudorem nihil arbitror interesse: Et Aristotelis  
interpretis modò verecundiam, modò pudorem  
dicit: & in secundo De arte dicendi, cum de defini-  
uisset verecundiam, deque illa egisset: conclu-  
dit tandem dictum de pudore fuisse. Quod et-  
iam inter verecundiam & erubescentiam dicitur  
interesse illi ipsi aduersatur Philosopho: qui  
tam præteriti, quam præsentis ac futuri, docuit  
verecundiam esse. In eo potius dixerim esse di-  
stinctas, quòd erubescencia effectus quidam sit  
verecundiæ, qui ob alterius præsentiam in facie  
apparet: & si tum ex præsentia, tum ex præterita,  
aut futura actione quis erubescat.

A D eas iam perturbaciones venio, quæ circa  
præsens versantur obiectum. Eæ sunt duæ,  
circa bonum voluptas, & circa malum tristitia.  
Circa præsens namque & obtentum bonum quom-  
modo Græci, Latini, ut auctor est Tullius in 2. lib.  
de finibus, voluptatem dicunt. Sed siue tu volu-  
ptatem dixeris, siue gaudium, siue hilaritatem,  
alacritatem, lætitiā, iucunditatem, exultatio-  
nem, delectationem: næ ego haud magnopere  
laborabo. Si tamen accurate loqui volueris, vo-  
luptas & gaudium quietem indicabunt animi in  
præsentia bono, tristitia & inquietudini, quam  
adfert malum, oppositam. Hilaritas in vultu po-  
tius ac facie spectabitur, velut exterior interioris  
voluptatis effectus. Alacritas moderationem  
quandam, ut affectus cuiuscumque, sic etiam  
voluptatis significabit. Lætitia quasi lætitiā dicta,  
velut cordis dilatatio erit ad amplexum boni. Iu-  
cunditas, lætitiā particulari aliquo testata signo.  
Exultatio corporis addet gestum: Vnde feliciter  
dicimur. Delectationem demum penè fructio-  
nem quandam dixerim esse præsentis que ama-  
ti boni. Contendit autem S. Thomas in prima  
C secundæ, quæstione 31. gaudium solius homi-  
nis proprium esse, atque in voluntate rationem  
consequi: Delectationem autem ad sensum ma-  
gis pertinere, & cum bestis esse communem. Et  
ego sponte fatebor, in appetitu quoque intelli-  
gente, quem voluntatem dicimus, delectatio-  
nem esse & gaudium: video tamen gaudium il-  
lud perturbacionem dici non posse; quòd pertur-  
baciones omnes, de quibus nunc nobis sermo,  
in appetitu sentiente considerentur: quod idem  
ipse fateatur in quæst. 22. art. 3. si utique cum ali-  
qua corporis commotione, neque vlla talis com-  
motio est in voluntatis gaudio, sed solus ac sim-  
plex voluntatis motus in bonum. Et Aristoteles  
in extremo cap. 10. lib. primi de arte dicendi  
de voluptate planè in sensu posuit. Definuit enim mo-  
tum esse animi quemdam & constitutionem, to-  
tam simul & sensiliter in naturâ existentem. Quam  
definitionem sequutus fuisse videtur Tullius in cõ-  
memorato libro; cum voluptatem eam esse dixit,  
quam sensus accipiens mouetur, & iucunditate  
quadam perfunditur: & rursum, esse iucundum  
motum, quo sensus hilarètur, voluptatisq.  
verbo duas res subiicit, lætitiā in animo, & suauem  
iucunditatis commotionem in corpore: ac  
demum, in eo voluptatem poni, cum percipitur  
ea, quæ sensum aliquem moueat, iucunditas. Ergo  
voluptas & animi motus quidam fuerit, quo præ-  
senti delectatur bono, atque ex vno statu ad alium  
transit: Et constitutio naturæ tota simul; quia non  
solum & per partes acquiritur, velut generatio &  
productio habitus: quippe ut est in 7. lib. moralium  
cap. 12. quæ operationes in naturâ constitutæ ha-  
bitu, ex accidenti voluptatem habent; quoniam &  
imperfectæ sunt, & cum cupiditate melioris boni,  
hoc est, perfecti habitus; & ideo cum tristitia qua-  
piam permittit. Quæ verò ex habitu iam perfectæ  
proveniunt, illæ demum perfectæ, & absque cupiditate  
& tristitiæ permittione sunt. Ita tamen ut in sensu  
quoque redundent: accedente scilicet corporis  
item commotione, quæ & cor veluti in amplexu

*Voluptas  
est motus  
in bonum.*

*Gaudium  
est delectatio  
in bono.*

*Voluptas  
est delectatio  
in bono.*

boni dilatatur, & ad illud sanguis & spiritus effunduntur. Ceterum definitionem eam intelligas non omnis voluptatis fuisse. Sed illius, quam velut sentientis partis perturbationem, commouere Orator dicendo conatur. Hoc enim agebat eo loco Philosophus. Alioqui latius notionem illius patere demonstrat in moralibus. Quoniam præter sensus voluptates adfunt, alia intelligentis partis propria; dum aut contemplatur & in veritatis cognitione versatur, quæ suauissimus est intellectui cibus; aut honestè & ex virtute operatur. Itaque definitionem eam quasi vitiosam reprehendit, si voluptas vniuersè definienda sit: neque dicendum vult eam esse motionem sensibilem, sed operationem potius habitus, qui secundum naturam est: Sensilique prætermisso addendum, operationem esse non impeditam, hoc est, sine difficultate; habitus, qui secundum naturam, hoc est, qui habitus naturæ congruit.

Hinc duo habemus voluptatum genera; vnum corporis, alterum animi. Vtrumque varium ac multiplex. nam & in corpore quinque vigent sensus, quorum quisque sua fruitur voluptate: & in anima intellectus & voluntas, quorum illa veritatis cognitione, hæc operatione honesta plurimum delectantur. Sed in corpore ac sensu quædam sunt naturales voluptates, alia non naturales; illæ naturæ benè dispositæ & in suo naturali statu constitutæ; hæc ex præua corporis dispositione aut morbo quopiam profectæ; quibus alioqui ceteri homines non gaudent. Animi voluptates meliores multò sunt ac præstabiles his omnibus, quæ ad corpus pertinent. Nam & anima præstat corpori & intellectus sensui, nobilitateque obiectum habet: & scientiæ, contemplationes, ac virtutum actiones omnibus antecellunt, quæ sensui obuersantur; firmioraque sunt ac stabiliora bona. Neque voluptatum hoc genus in expellenda tristitia doloris medendo, quemadmodum alterum illud, quod corporis est, adhibetur; sed propter se quaeritur: neque excessum habet, quo vitiosum euadat; vt in corporeis voluptatibus plerumque euenit. Sunt etiam maiores ac vehementiores: quia vt perfectiores sunt & meliores, ita magis delectant: multòque plus voluptatis percipit homo intelligendo aliquid, quam sentiendo: neque vllus est, qui non mallet sensone ac sensu, quam intellectone & intellectu, priuari.

Mitto Democritum Cratèmq; Thebanum; quorum alter vt attentius contemplaretur, oculos sibi eruit; alter vt melius philosopharetur, pecuniæ vim maximam, quam ex patrimonio diuenditio redegerat, in mare proiecit. Sanè prohi quique viri à voluptatibus corporis & sensus abstinere, vt fruantur intellectibus: ac penè dixim nullus est, qui si homo sit & rationis compos, vel à maximis sensilibus voluptatibus sponte sibi non temperet, ne honoris, qui intellectile bonum est, iacturam faciat. Fit tamen non raro, vt sensilibus vehementissimè delectemur: siue quòd obiecta illa maximè nobis nota sint & familiaria; siue quòd corporis quoque commotio accedat. Et ferè etiam voluptates hæ nobis sunt velut medicinæ doloris multiplicis ac

tristitiæ; ideòque avidissimè sumuntur; Cùmque paucorum sint intellectuales voluptates, facile ad sensiles plerique omnes se conuertunt. Omnino verò amor maximam vt in ceteris, ita & in hoc vim habet; & quisque is, quæ plurimum amat, plurimum delectatur. Inter sensiles porro voluptates præstant hæ, quæ præstantiorum sensuum sunt atque ad cognitionem magis conferunt; vt aspectus & auditus. At vehementissima illæ, quæ per tactum & gustatum hauriuntur; tum quia immediatam habent cum obiecto coniunctionem: tum quia cùm ad vitæ conseruationem ac necessitatem spectent, vehementissimè illis applicamur.

Quod autem quaeritur, an voluptas bona sit an mala, indiget distinctione; Disparæ namque voluptates sunt: quædam honestæ: alia turpes & obscenæ. Illæ verè, hæc adumbratæ ac belluinæ. At siue animi, siue corporis voluptas sit: modò ea benè ac moderatè vitari, bona fuerit. Nam vt sapienter ratiocinatur Aristoteles, tum in primo De arte dicendi, tum in septimo & decimo Moralium, voluptates hæ dolorem ac tristitiam expellunt, sicutque illius quasi medicina: At dolor & tristitia est mala: voluptas igitur bona. Et animantes omnes voluptatem expetunt: quæque à natura sunt, bona sunt: quia bonum vbi que natura quaerit: & nisi vitata fuerit ac deprauata, ad bonum nos semper instigat. Immo hoc argumento Eudoxus, vt est in 10. Moralium capite 2. voluptatem summum esse bonum affirmabat. quod omnes voluptatem sequi videret. Quod si non de vniuerso genere accipiatur, sed de voluptate illa, quæ in primæ causæ intelligentique supremæ fructione est: Verum nimium fecerit. Sunt etiam voluptates aliquæ ad sustentandam vitam necessariae, vt eæ, quæ in cibo & potu, in quiete, laborum relaxatione, & similibus versantur: quas, si moderatè & cum debitis circumstantiis sumantur, nullus sanæ mentis vitiosas dixerit: itaque sapientes vitari videntur. At quoniam difficile est tenere medium, vt exemplo circuli afficiat Aristoteles in capite vltimo libri secundi Moralium, in quo vix peritus Geometra medium inueniat: In omnibus rebus agendis monet eo loco vitandam esse voluptatem: quòd rationis iudicium peruerat: idque medium esse suadeat, quod extremum sit & vitiosum, Troianorum scilicet exemplo: qui vt est apud Homer. Illiad, tertio, persuadere Priamum conati sunt, vt Helenam ciuitate pelleret: ne toti ciuitati interuentionem adferret. Et Tarentinus Archytas nullam in quiete capitaliorem pestem, quam voluptatem, hominibus à natura fuisse datam: Et Plato malorum escam appellauit. Regula igitur sit, recta ratio: hac voluptatem omnem meritaris: si conformis rationi fuerit, bona erit: vitiosa, si secus. Et omnino quæ ex malis actionibus percipitur, mala est; bona, quæ ex bonis.

Quod autem voluptatem adfert, vniuersè bonum est conueniens & præsens. Inde namque complacentia & quies, quòd conueniens nobis bonum possideamus. Oportet tamen illud cognosci: quoniam appetitus cognitionem sequitur. Sed necesse non est conuenientiam formaliter

Voluptas an bona an mala.

Voluptas vt vitiosa da.

Voluptas vt obiectum.

Voluptas vt vitiosa da.

Voluptas vt obiectum.

ter apprehendi, alioqui bestiae, quae cognitionem illius non habent, voluptatem nullam sentient. Satis est apprehensio boni, quod naturae conveniat; sine re ipsa praesens adsit, sine in apprehensione & imaginatione: Modò totum simul apprehendatur; siquidem voluptas quietem in illo significat: non quiesceret autem anima, nisi totum simul amatum bonum possideret, possideré se putaret: dum enim per partes accedit, perfecta voluptas non est, sed cum tristitia, desiderio, & spe permista.

- Præter hanc porro generalem voluptatis causam particulares aliae commemorari possunt, voluptatem enim adfert operatio tum nostra; siue quod per eam bonum aliquod conueniens consequamur: siue quòd ipsamet iucunda sit & bona, ut contemplatio, & quae cumque ex perfecto virtutis habitu prodiit actio.
2. Tum aliena siue ea cuiuspiam sit à nobis plurimum amati: nostra enim quoquo modo esse videtur: siue bonum aliquod nobis adducatur. Deinde variatio ac vicissitudo rerum. Tum quia ut quidam dixit *ἡ ἀναγκαῖα ἴσθι ἀνάγκη*, & in omnibus rebus mater fatietatis esse similitudo solet. Contra verò non ad tollendum modò fastidium commutatio ac vicissitudo potest plurimum, sed ad naturae quoque cum & integritatem conservandam & quasi renouandam non parùm habet momenti. Obiectum enim ubi diutius fuerit praesens, facultatem nimium afficit, proportionemque perdit, ex qua convenientia & voluptas nascebatur. Eaque proportio alternatione rerum ac mutatione renouatur. Peroprat etiam natura cognoscere multa & experiri, multisque potiri: neque in vnica re id potest consequi, vicissitudine ac varietate consequitur. Delectationem praeteritorum recordatio, & futurorum spes: dum ea velut praesentia ponit phantasia: magis tamen spes, quam memoria: quoniam proponit rem possibilem acquiri. Similitudo quoque & ordo: quòd inter similia & ordinata convenientia sit & proportio. Admiratio verò, quia inquisitionis principium est & ingeniendi spem adiunctam habet. Praeterea benefacere alteri iucundum est. Nam & ex amore id persape nascitur, & comitem habet spem siue praemij siue attributionis & subventionis in suis necessitatibus: & ipsum benefacere per se iucundum, quia bonitatis argumentum. Praeterea iucunda victoria; quia potentiae signum & gloriae causa; vel etiam in ludis, praesertim si ingeniosi sint: victoria enim haec ingenium etiam testatur. Iucunda redargutio, praesertim acuta; quia ingenij & acuminis testimonium, iucundum vicicium: nam & victoriam habet quamdam & gloriam ignominiaeque depulsionem. Et omnino quod molestum est nisi assequaris; id iucundum si assequaris: irati verò plurimum dolent nisi vlciscantur. Ex his alia complura his similia intelligas. Sed & tristitia voluptatis ex auidenti causa est: quòd memoriam faciat amatae rei, ob cuius absentiam tristamur: aut quòd subsequenter habeat euersionem; quippe liberati à malo iucundum est.

*Voluptatis effectus.*

Iam verò voluptatis primus & maximè proprius effectus est dilatatio cordis; sanguine etiam & spiritu ad exteriores partes effuso. Est enim

**A** motus in bonum praesens, quo natura peroprat frui: quare quasi ad illius amplexum expandit se. Optimus est & corpori quoque saluberrimus hic effectus, si moderate sit: quoniam sanguine & spiritu moderate effuso reficitur plurimum & recreantur partes omnes, cunctaeque operationes quamoptimè fiunt. Unde sapientis illud, Cor letum pro medicina est; & Spiritus tristis licet ossa. At si modum excelesit, pernitiosus erit, & mortem quibusdam attrahit: nimia scilicet effusione exinanito corde.

Hinc verò existit risus. Non enim affectus animi sunt risus & stertus, sed quidpiam affectum consequens. Est autem risus oris & pectoris motus à diaphragmate & mulsis ceteris factus vsque ad buccas. Neque quoduis voluptatis ac leuitatis obiectum facit risum; sed iucundum, iucundum, & repentinum: vt facetiae, quae argutias habent; repentinus casus, & similia. Ex admiratione namque & animi suspensione nascitur risus: dumque res noua admirationem facit, & iucunda suspensionem tollit, repentina fit dilatatio, quae risum mouet. Hinc in 3. de partibus animalium lib. cap. 10. quosdam traiecit in praehis diaphragmate ridentes occubuisse Aristoteles scribit: eoque qui sub axillis titillantur, celeriter ridere, quòd non procul distet diaphragma, motusque celeriter ad eum locum perueniat. Causa autem cur solus animalium homo titilletur, & cutis tenuitas est, & quòd solus omnium rideat. Est enim titillatio risus per huiusmodi motum partis, quae aliam complet. Cur autem ibi potissimum & pedum vestigijs titillamus; causam esse respondet in problemate 2. sect. 35. tum eandem cutis tenuitatem, tum quia earum partium tactus est insuetus, non ridemus tamen, cum nos ipsi titillamus: quia non est motus insuetus, nolque nobis familiares sumus. Immo in Prob. 6. ne ab alio quidem titillari nos respondet, si praesentemur, titillantemue illum videmus: Oportet enim repentinum, improvisum, & quasi per fraudem ac latentem tactum esse. Sanguinei & Cholericis promptissimi omnium sunt ad risum: quòd calidiores exsultant, tenuiorumque ac magis fluidum spiritum habeant, quam melancholicis ac pituitosis: deinde inexperti: vt pueri, mulieres, fatui, facile rident, quòd omnia illis noua videantur. Tum verò quicumque epulis & vino, facietis, fabellis, ac similibus delectantur: dispositi namque magis sunt & quasi habitum ridei contraxerunt. At sapientes quique haud facile rident: multoque minus cachinnantur. Non solum quòd ratione risum frenare possunt, sed etiam quòd risus ex insuetis & incognitis nascitur, leuitatisque ac stultitiae indicium est: Sapientes verò penè omnia norant, & experientiam plurimorum habent, suntque & haberi sapientes volunt. Verum de his satis. Ad voluptatem reuertamur.

**B** De qua illud extat in 10. Moralium lib. cap. 5. *Voluptas propria & veram voluptatem, quae animi est, respiciunt & perfecti habitus, exactiorem, diuturniorem ac meliorem facere operationem: impropiam verò & adumbratam, quae corporis est, labefactare potius ac perdere. Voluptate namque ac iucunditate contemplationis aut operationis virtutis allekti, promptius, diutius, & melius.*

**C** Cur sitne bonus titillatus, & cur sitne alius quidam. **D** Ad risum qui primum. **E** Voluptas propria & veram voluptatem, quae animi est, respiciunt & perfecti habitus, exactiorem, diuturniorem ac meliorem facere operationem: impropiam verò & adumbratam, quae corporis est, labefactare potius ac perdere. Voluptate namque ac iucunditate contemplationis aut operationis virtutis allekti, promptius, diutius, & melius.

De qua illud extat in 10. Moralium lib. cap. 5. *Voluptas propria & veram voluptatem, quae animi est, respiciunt & perfecti habitus, exactiorem, diuturniorem ac meliorem facere operationem: impropiam verò & adumbratam, quae corporis est, labefactare potius ac perdere. Voluptate namque ac iucunditate contemplationis aut operationis virtutis allekti, promptius, diutius, & melius.*

*Dardanus*

aut contemplamur, aut operamur. At corporis ac sensus voluptate impeditur magno opere operatio humana. Tum quia ut est in 6. Moralium cap. 5. & lib. 7. cap. 11. prudentiæ iudicium turbatur ac viatur. Tum quia voluptate illa ita occupatur ac tenetur anima, ut imbecillior multo euadat, aut etiam si fuerit vehementior, ab alijs omnibus penitus auocetur. Quam ob causam in 5. polit. lib. cap. 10. Principes voluptatibus hifce deditos ait Philosophus contemptibiles fieri, facileque priuari regno; & lib. 7. moralium cap. 11. in venerea præsertim voluptate neminem posse quidquid intelligere. At siue animi sit, siue corporis; siue bona, siue mala voluptas; præteritæ memoria desiderium illius adfert. Quamquam non memoria modo præteritæ, sed & præsentis fructio desiderium solet excitare; aut diuturnioris fructio, aut etiam maioris & perfectioris; si non tota simul, sed per partes voluptas accedat. Interdum tamen fit, ut tum præteritæ memoria, tum præsentis fructio, fastidium ac tristitiam adferant: si aut maior aliqua facta sit mutatio, propter quam quod antea placebat, post displiceat: aut vehementior, quam par est, sit metus; & voluptas vehementior, aut coniuncta cum aliqua corporis molestia, aut demum quod voluptate dominante feceris quidpiam ratione recte repugnans, quod post voluptate cessante malè factum agnoueris.

*De Tristitia, eiusque speciebus.*

**V**oluptati aduersatur tristitia. Illa præsentis boni est, hæc præsentis mali. Illa velut quies & amplexatio, hæc velut fuga & auersatio. Oppositorum autem ea conditio est, ut ex altero alterum, & ex meliori deterius cognoscatur. At non solum tristitiam, sed & dolorem, & merorem seu mœstitiam, & ægritudinem apud Latinos scriptores nominatam legimus perturbatiorem eam, quam Græci dixerunt *λυπη*. Dolorem ad sensum potius dixerim pertinere, maximè que in tactu vigere, ceu afflictionem quãdam & lationem à minus proportionato obiecto. Tristitiam patere latius, atque in voluntate quoque nominari, velut animi consternationem. Ut autem in corpore consideratur, contractionem fortasse significat spiritus à præsentis malo ad suum principium, quod est cor. Mœror seu mœstitia diuturnior est & quasi permanens tristitia; ut hæc velut actus sit, illa ut habitus. Ægritudo à corporis ægritudine nominari videtur; quod ut febris corpori, sic præsentis malum quãdam sit animi ægotatio. Malum inquam præsentis cognitum & apprehensum siue sit verum, siue apparens & existimatum. non raro enim fit, ut imaginatio & opinio plus, quam res ipsa, obstat: relique interdum minime ac leuissimæ hanc ob causam maiorem tristitiam adferunt, quam quæ maiores sunt & grauiore. Augent verò tristitiam quæcumque augent & grauius faciunt malum: ut potestas, cui non possis resistere: nisi enim cedas ut victus augetur maximè tristitia; quia vitari malum non potest. Amissio item & iactura boni tristitiam facit, quoniam priuari bono malum est. Sed & habitus ipse corporis,

**A** ut in ceteris, ita & in hac perturbatione potest plurimum. Melancholicus inquam habitus. Quoniam hic humor magnam imaginationis vim facit, quæ vel minima mala putantur maxima; & ubi nulla plerumque sunt, grauissima cogitantur. Perinde autem fuerit, siue naturalis sit habitus, siue acquisitus. Etenim vigilia, studia literarum, labores nimij, & huius generis alia, sanguinem faciunt crassum, terream, ac melancholicum; dum & purissimum ac tenuissimum quemque absumunt, & accuratam cibi coctionem impediunt. Quod etiam vniuersum illud spectat ciborum genus, quod crassum sanguinem gignat.

**B** Quatuor ferè illius species commemorantur; anxietas, accidia, commiseratio, inuidia: quibus indignationem addas & amulationem; de quibus in 2. de arte dicendi Aristoteles. Anxietas, quæ & angustia dicitur, quid sit, nomen ipsum indicat. Est enim animæ aggrauatio ex eo profecta, quod non videat quomodo præfens malum possit euadere. Hæc si immobilem reddat hominem & exteriora membra operatione priuet, accidia nominatur, atque in repentinis maximè apparet.

**C** Commiserationem autem Aristoteles definiuit tristitiam quamdam esse, ex apparente malo corrumptente ac tristitiam inferente in indignum pati; quod ipse opinetur pati se posse aut suorum aliquem; idque propinquum videatur. Quibus verbis duplex illius obiectum complexus est; quorum inquam misereamur, & quam ob causam. Probiorum namque virorum maximè misereamur; perditorum non item: quod illi iniuste patiantur, hi debitas sceleribus suis luant pœnas.

**D** Deinde nototum, amicorum, familiarium, propinquorum, nobisque similitum, siue ætate, siue moribus, siue genere vitæ & conditione. Etenim hi omnes quoquo modo ad nos pertinent, & aliquid nostri sunt; perindeque ad illos atque ad nos ipsos afficimur: & quod illis euenit, nobis quoque euenire posse putamus. Quæ verò ad commiserationem mouent, duo sunt; aut quæ corrumpere aut interimere posse videntur, ut mortes, verbera, corporis afflictiones, senectus, morbi, cibi defectus, aut quæ fortunæ naturæque mala vocantur; si maiora fuerint; ut si nullum habeas amicum, si ab amicis vel sociis diuellaris, deformitas corporis, imbecillitas, manuum esse, malum accidere vnde sperabatur bonum, aut euenire bonum quando eo frui non possis. Quæ omnia tunc maximè ad commiserationem mouent, cum vel oculis præsentia ceruuntur, vel certè propinqua sunt, siue paulo ante præterita, siue mox adfutura. Qui autem summam adepti felicitatem sibi videntur, aut in extrema miseria sunt, aliorum minimè misereantur: quod illi nihil aduersi accidere sibi posse putent, si peius nihil vereantur; extrema scilicet iam passi. Item qui agitantur ira, aut confidunt plurimum, quoniam de futuro non cogitant: qui que vehementi quopiam timore correpti sunt, perturbatione propria occupantur. Contra facile misereantur, qui mala experti euaserunt: senes qui & experti, & imbecilles, & timidi: Docti, qui cadem

sibi euenire posse ratiocinantur: ac demum qui parentes, liberos, uxores, propinquos, & amicos habent; quoniam his eadem timent. Commiserationis porro effectus lacrymæ esse solent: interiore namque tristitia contrahente ac comprimente cerebrum aqueus fluit humor. Quod si cerebrum sit siccum, non fluent lacrymæ, capite tamen dolebit.

*Indignatio.*

Ceterum commiserationi indignationem opposuit Aristoteles, velut tristitiam propter aduersas res indignè illatas, sic enim definiuit; & vtraque voluit bonorum esse morum, quippe vel dii ipsi indignari dicuntur. Indignè autem illata, tum mala esse possunt, tum bona, perinde enim hæc indignationem mouent, siue bona in improbos homines, siue mala in probos, & omnino, siue bona, siue mala in non meritis conferantur: quoniam indigna & mala vtraque collatio est. Magisque indignari solemus, si hæc noua sint & nuper adiecta, quam si à maioribus accepta: quod hæc quasi naturalia & possidentium propria videantur, illa quasi aliena & indignè collata. Facile verò indignantur duo hominum genera. Primum, boni ac virtutis amatores: deinde qui magnis potiuntur bonis, illaue appetunt, vel sibi deberi putant, quippe illi de rebus optimè iudicant, quodque iniustum est, oderunt, nempe aut bona malis, aut mala bonis donari. Hi autem indignum arbitrantur aut alios sibi haud similes similibus potiri bonis, aut conuenientia sibi bona commeritosue honores non dari, aut in immeritis sibi que inferiores ac deteriores conferri.

*Similia.*

Sed & inuidia commiserationi videtur opponi, velut indignationi proxima: hoc tamen magnopere differt, quod inuidia tristitia sit propter euenientia alteri bona; sed non indigno, vt indignatio, verum aequali & simili, siue genere, siue propinquitate, ætate professione, gloria, diuitiis, & similibus. Idque propterea quod illius bonum apprehendamus tanquam nobis malum, opinantes inde bonum nostrum offensivæ minui. Itaque inuidiæ obiectum sunt honores, diuitiæ, gloria, & similia bona. Illique obnoxij maximè sunt æquales & similes. Deinde ij, quos fortunatos vocamus in quos penè omnia confluunt bona. Nam quod illis datur, inferri nobis & interdum deberi opinamur: Maximè verò si ea ipsi possederimus aliquando. Propria illorum est hæc perturbatio, qui aut ambitiosi sunt, aut avari, aut alio simili affectu ducuntur, aut ex te quauis gloriam querunt: pusillanimos etiam addit Philosophus, quod magna illis omnia videantur. Inde pallor, liuor, aspectus tristis: neque vlla, dixit quidam, iustior est perturbatio. Nulli enim magis, quam inuido, nocet.

*Amulatio.*

Amulatio quoque inuidiæ proxima & affinis esse videtur. Nam & ipsa est tristitia quadam propter bona, quæ nostri similibus eueniunt. At non propterea quod illis adsint, sed quod non item nobis. Quam ob causam verissimè pronuntiauit Aristoteles, inuidiam improbum quidpiam esse & improborum, amulationem probum & proborum. Etenim hæc incitamento nobis est ad consequenda bona, illa proximis impedimento. Amulationis obiectum vniuersè

A quidem est bonum honorabile: in specie autem virtus primum, deinde quæcumque aliis vitia & ad benefaciendum apta. Virtutem siquidem primum, deinde beneficentiam honoramus. Quocirca eos præsertim amulamur, quibus hæc suppetunt. Propterea etiam eos, quibus multi similes esse vellent, aut quibus amici multi, aut qui apud multos in admiratione sunt laudibusque celebrantur. Horum contrarios contemnumus, contemptusque amulationi contrarius est. Sanè Iuuenes atque Magnanimi præ ceteris amulantur; quoniam & dignos se iudicant iis bonis, & multa nituntur spe.

B Verum enim vero ad genus vniuersum reuertamur. Omnino pessima omnium perturbatio Tristitia est, tum animæ, tum corpori; Animæ namque operationem omnem impedit; dum & voluptatem tollit, quæ operationem pronocat, promouet, & perficit, atque contrahit, & à corporis instrumentis auocat spiritum & calorem, sine quibus operatio nulla. Ita tristis vix operari quidquam posse videtur; aut si operentur, tardè & imperfectè operantur. Corpus verò debito atque opportuno sanguine, spiritu & calore priuat; & corque nimium grauatur, vt tæpere oppressus homo videatur vt nequeat respirare: Vnde gemitu & suspiriis recreationem ac leuamen querit. Mitto grauissimos morbos, de quibus Medici. Certè manifestum est perturbationes eas obesse magis, quæ motum in corpore faciunt inimicum naturæ; sanguinis inquam & spiritus contractionem, quibus vniuersa sustentatur natura. Plurimum verò tristitiam, quæ præsens habet & incubans malum.

Proderunt non parùm balnea & somnus; quibus recreatur corpus, & in pristinum quasi statum reponitur, vt benè operari queat. Proderit exercitatio moderata; tum quia excitatur calor, qui aduersatur tristitiæ, eamque dissipabit, tum quia spiritus recreatur. Proderit ciborum delectus, si tennes sint, calidi & humidi, bonique succi, vicinque album & bonum moderatè haustum. Proderit interdum fletus: recreatur enim & leuatur animus. Proderit honesta & moderata voluptas. Omnis enim delectatio medicina tristitiæ est; quia contraria contrariis curantur. Proderit amicorum consolatio; amici siquidem consolantes quoquo modo tristitiæ nostræ participes facti miseriam nostram minuunt; dumque ob mala nostra dolent & misereantur, amorem testantur suum, qui voluptatem parit. Proderit demum literarum studium, contemplatio, & alia quæuis animi distractio & auocatio ad aliud quidpiam. Nam & varietas oblectat animum, & à tristi cogitatione, quæ angebat, remouet.

*De Ira.*

Iram definiuit Philosophus in 2. de arte dicendi cap. 2. appetitum vitiosum esse cum tristitia, propter apparentè despicientiam, vel sui, vel suorum contempsum; eamque immeritam. Quam Stoicorum quoque definitionem fuisse restatur in 4. Tusculana Tullius. Ira, inquit, est libido puniendi eius, qui videatur se fuisse iniuria. Sanè eos, qui non irascuntur propter quæ oportet

ter, & vt oportet, & quando, & cōtra quos oportet, stolidos esse. Et qui a quo animo se suosque contemni patiat, neque læsus doleat; eum ierilem animum præse ferre affirmat. Idem ipse Philosophus in 4. moralium capite 5. Immo bonorum virorum esse dixit Tullius vehementer irasci, cum iniuste laudantur. Sæpe namque iusta est laudabilis ira: etsi plerumque errent homines, eaque magnopere abutantur, iniuriam eam esse putantes, quæ non est. Ira igitur appetitus esse dicitur aut appetitio potius; quoniam sentientis appetitus perturbatio est, non rationis. Apparentis seu speratæ vltionis: quia nullus vehementius irascitur illi, cui nocere non possit, vt Regi aut Principi: & nisi ipsa affulgeat illa, in se potius tristatur ac prosteritur anima, quam irascatur. Additur (cum tristitia) quod appetitiones multæ sint atque cupiditates absque tristitia. Denique causa, quæ commoueat iram, subiungitur esse despicientia; sic enim vocem illam vertimus (*δυσψεία*) quæ parui fieri significat. Despicientia inquam non commerita, aut certè non commerita existimata. Alioqui si nos illa dignos agnoscimus, non irascimur, sed confundimur, aut de vitiosa actione dolemus, alioue simili commouemur affectu.

Cæterum vniuersam hanc definitionem dialecticam non naturalem appellat Aristoteles in text. 16. libri penult. operis huius de anima: quod sola constet forma, neque materiam contineat. Naturalem autem exposuit in text. 15. Ira metus quidam est talis corporis aut partis, aut facultatis, ab hoc huius gratia. Cuius definitionis eo loco interpretatione fecimus: nunc adnotasse hoc satis. Illudque addendum. Iram laudamus simplicem perturbationem, sed ex duabus quasi compositam esse: Duos enim continet motus: quorum prior tristitia est ob despicientiam ceu offendens malum; posterior vltionis desiderium, qua malum illud remoueat. Quare ex tristitia & cupiditate seu desiderio composita esse videtur: aut circa idem obiectum alia atque alia ratione mouens. Ad tristitiam, quatenus præsens est: & ad desiderium, quatenus remoueri potest, aut circa duo diuersa & pugnantia: Iustitia circa despicientiam vt malum, & desiderium circa vltionem vt bonum, quo remoueat malum: quare si vltionis spes adsit, voluptas nascitur tristitiæ contraria, quam Homerus melle dulciorem in vitorum pectoribus gliscere dixit. Sed & in corpore duo consequuntur contrarij item & pugnantes motus. Iustitia namque ex despicientia proveniens contractionem sanguinis & spiritus facit ad cor; appetitus vltionis dilatationem & expansionem eorumdem à corde ad exteriores partes.

Quomodo autem ab odio differat ira, explicarum reperies in 2. de arte dicendi cap. 4. Primū enim habent se vt causa & effectus; siquidem ira inimicitia, & odij causa est. Deinde ira circa ea versatur, quæ ad nos ipsos aut ad nostros pertinent, vt definitum est. Circa despicientiam inquam sui aut suorum: odium autem ad alios sese extendit: iam verò irascimur hominibus singulis non vniuerso hominum generi, sed aut vni, aut aliquibus certis hominibus: vt vni ciuitati aut Reipub. Causa est, quoniam ira nascitur ex

A despicientia; despicientia autem, vt actio quædam est, ira singularium hominum est, non vniuersi generis, actiones enim omnes singularium sunt, vt est in præmio Metaph. At odium vniuersi generis esse potest: vniuersum quippe calumniatorum ac purum genus odimus. Immo vniuersum genus hominum oderat Atheniensis ille Timon qui extinctos omnes cupiebat; Alciabiademque adolescentem amplectebatur, quod multa Atheniensibus mala illaturum eum prævideret. Idem sicum excisurus horti, in qua se suspenderant multi; in Senatu prius edixit: si quis vitæ affectus tædio suspensum cogitat, properet ad laqueum priusquam sicum succidam. Vnde carmen illud sepulchro eius adscriptum à Callimacho: Hic osor iaceo Timon hominumque Deumque: & illud ab ipsomet Timone; Nomen ne quæras: Dij lector te malè perdant. Odium enim hoc Timonis erat, non ira. Hinc præterea potest odium sine ira & vltionis appetitu esse; Iraque vicissim potest ab odio vero separari. Non enim vult absolutè malum despicienti, sed quatenus se despexit, & vt à se repellat malum. Ira semper est cum tristitia & dolore propter illatam iniuriam, doloremque inferre illi cupit à quo iniuriã accepit. Vult enim vlcisci, idque exteriori & sensibili actione, quæ aliis manifesta sit. Odium sine dolore esse potest: neque tam dolorem inferre cupit, quam affligere, licet latenti ac minimè sensibili & conspicuo malo, vt iniustitia, amētia, vitioe alio, quod nequaquam dolorem facit. Denique irati commiseratione permouentur. Sublata enim iræ causa, quæ fuit iniuriæ mox miserentur. At odientes nunquam, immò non esse cupiunt eum quem oderunt. Hæc fermè Aristoteles, sed & odium deterius est, quam iratum quia ira repentina est, moxque sedatur. Odium diuturnum & velut obstratum. Tum quia obiectum iræ bonum est, & iustitiam quoquo modo adducit comitem; cum vltio actus iustitiæ sit: & ideo mensuram habet, eoque tantum progreditur, vt despicientia & iniuria tollatur, parique pari reddatur: odium, & malum quærit, & sua natura est absque mensura: quia quod odimus, illud vellemus omnino non esse. Cæterum vt spes acuit desiderium, sic audacia iram: crescit enim desiderium, si consequi te posse credas, adestque statim audacia, si ad repellendam iniuriam adfuit adiumenta: quod enim spes est in assequendo bono, hoc est audacia in repellendo malo. Quare timori opponitur audacia, siue desperationi spes.

E Ira tamē quoque modo ratiocinationem continere videtur, quæ tum despicientiam aut iniuriam esse, tum repellendam eam esse atque vlciscendam ostendatur: & Ebrij propterea non irascuntur, quod ratione non vrantur. Quocirca verè scriptum fuit illud ab Aristotele in 7. moral. cap. 6. minus turpem esse incontinentiam iræ, quam cupiditatem: quoniam ira rationem odire videtur: cui in bestis naturæ instinctus succedit, dum non ob despicientiam, sed ad sui conseruationem incitantur. At quemadmodum in homine res eueniat, duplici exemplo pulchrè declarat. Sunt, inquit, festiui ministri faciunt; qui priusque omnia, quæ dicuntur, audiunt, excurrunt; deinde ab actione aberrant: & canes

BBBBB iij

Odium Timonis in homines.

Iram a-critica-dacia.

Ira ratio-animo-nem con-tinet.

Altera ira desinitio.

Iram simplicem vniuersam perturbationem non esse.

In ira duo contrarij motus.

Ira vt ab odio differat.

quoque antequam in spexerint an amicus sit quispiam, modò sit repitum fecerit, latrant: sic ira ob feruorem celeritatemque natura, audiens quidem, sed non quid præcipiatur attendens, ad vindictam imitatur. nam statim atque ratio vel imaginatio contumeliam aut contemptrum esse ostenderit, ipsa quasi ratiocinando collegerit bellum ei esse inferendum, indignatur, &c.

Tria igitur consideramus in ira: Res, propter quas ira mouetur: Homines, qui irascuntur: & eos, quibus irascuntur. Causa iræ malum est offendens, quod repelli possit. Quia enim malum est, tristitiam facit & accensionem: quia verò repelli potest, appetitum excitat. Speciatim autem est despicientia, quæ opinionis actus est, in ea re, quæ estimatur non digna. Hæc radix est iræ: quia maximum malum iudicatur, quod excellentiam tollit, quæ plurimi nimirum sit à nobis. Cuius tres commemorantur species, despectus, violentia, contumelia. Despectus seu neglectus omisionem significat honoris illius, quo nos arbitramur dignos. Violentia impedimentum, quod opponitur ei, quod nos vellemus, vt superior nobis videaris. Contumelia in verbis consistit & factis, quæ vituperationem habeant aut probum: atque ad contumeliam quatuor ferè concurrunt: in patiente offensio & ignominia: in inferente, vt is nil inde sibi querat, sed solum voluptatem capiat, vt superior videatur. Neque solum propter factum, sed & propter facti deliberationem irascimur: si quem audiamus statuisse nobis nocere. Contumeliosi maximè sunt Luænes & Diuites: quod inanem se sententur gloriam. Exemplo est Alcibiades ille adolescens, qui obuios quosque sine causa pullabat: cumque præceptoris cuiusdam ludum ingressus Homerum sibi dari postulasset, isque non esse sibi Homerum respondisset, pugnis & calcibus illum malè habuit. Oblivio etiam dicitur esse causa iræ, quod neglectus quidam sit & despicientia.

*Ira obiectum & causa.*

*Despectus. Violentia.*

*Contumelia.*

*Contumeliosus qui.*

*Iracundi qui.*

Iracundi verò homines aut natura sunt aut casu. Natura, quibus flaua abundat bilis. Cholericum enim facile commouentur, sed ferè etiam facile sedantur. Qui frigidioris temperationis sunt, minus irascuntur, sed conceptam iram diutius retinent. Sanguinei cito concipiunt propter calorem, & facile remittunt propter humorem. Item qui elato sunt animo & superbi, quique ingenio ac cæteris donis præstare se putant. Dignos enim se honore opinantur; indignumque si contemnantur. Casu autem qui morbo, paupertate, senectute, molestiis aut cupiditate premuntur aliqua, vt amantes: Vnde rixæ, vulnera, cædes. Morbus iracundiorum facit, quod qui illo laborat, molestia premitur. Senectus autem ipsa morbus. Pauperes vt causam habent, ita contemni se putant, & fortasse rebus ad vitam necessariis, quibus eo tempore carent, antea abundabant. Pueris ac iuuenibus propter calorem prompta est ira, sed breuis. Senibus grauior ac diuturnior. Ieiuni facile irascuntur, quod bili vexentur. Vnde in Amphitryone Plautus:

*Fames & mora bilem in nasum conciuunt.*

& Zeno cum esset natura tristis ac seuerus, atque in conuiuio hilarior fieret, causam rogatus, Lupinum quoque respondit suapte natura amarum, in aqua maceratum amaritatem deponere.

Item qui rem seriam acturi sunt, si forte impediantur. Item qui publicè & præsentibus aliis reprehendantur. Crescitque ira ex circumstantiis: si hoc aut illo modo ledatur, si dum ille irascitur, tu lateris & rideas, neque cõdoles: si præter spem & expectationem laudatur: si ab eo, à quo honorem expectabat vel laudem: & huiusmodi aliis pluribus. Fiquè vt maximè ad iram procliuè sint, cum dolore aliquo aut aegritudine conficiuntur. Nam qui dolet, aliquid cupit, quo liberetur molestia: quare si quem impedimento esse putat, irascitur plurimum. Immo nisi cum illo doleas, aduersari te arbitrat & sine causa irascitur.

Irascimur igitur his vel maximè. Primo iis, qui derident, vel contemnunt, vel conuiciantur, facetiisque, argutiis, & aculeatis lacessunt dictis: præsertim si contumeliaz tantum gratia id agant, non vt vliscatur vel reportent commodum. Secundo iis, qui sine directè, siue in directè, cupiditatibus atque conatibus resistunt nostris, aut non adiuuant cum possint: multo magis, si contra moliantur. Præsertim verò si fuerint inferiores: nam non solum contemnere, sed & superiores esse velle videtur. Tertio illis, qui nos in morbo, paupertate, aliave miseria vel necessitate confictos contemnunt, aut certè non adiuuant, cum possint aut debeant. Multo autem magis, si ob aduersam nostram fortunam lætari ac gestire videantur: quoniam id tum contemptrum, tum inimicitiarum indicium est. Quarto illis, qui nos in iis rebus vituperant, quibus maximè studemus, & in quibus laudem querimus: siue ad animum spectent, vt Philosophia: siue ad corpus, vt pulchritudo & formositas. Si præsertim in iis nomen nondum & existimationem acquisierimus. Ita Socrati succenset Polus in Gorgia, quod se rhetoricæ artis, cui præcipuè studebat, imperitū argueret: & Pisoni Tullius, quod carnem illud suum reprehendisset: Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Qui verò perfectè tenent, famamque iam sibi compararunt, non curant, sed contemnunt & irident vituperatores. Quinto, amicis magis, quàm inimicis, si ab illis fortasse laudamur. Tum quia hoc ab illis minus expectabamus: Tum quia iustum erat nos ab illis benè tractari. Quare proverbium illud adfert Aristoteles in 7. Polit. cap. 7. fratrum contentiones & ira sunt acerbissimæ, & qui se nimium amant, hi se nimium oderunt. Sexto illis, qui nos honorate, nostrique curam suscipere, ac de nobis benè mereri consueverant. Si enim id facere desinant, contemnere putantur. Septimo ingratis quibusque & iis, qui vbi sese offert occasio, beneficia non reddunt. Quæ sanè ira iustissima est. Octauo illis, qui nos coram iis contemnunt, & apud illos deprimunt, apud quos honorari, & quibus admirabiles videri cupimus. Nonò iis, qui erga ceteros liberales & aut misericordes esse solent: erga nos verò non videntur esse: grane namque est solum contemni, solumque indignum indicari. Decimo iis, qui non succurrunt illis, quibus turpe est non succurrere: vt parentibus, liberis, vxori, subditis.

Verùm in 4. moralium lib. cap. 5. tres veluti iras species iræ commemorantur. Quidam enim homines celeriter commouentur, sed cito placantur.

tur: quales dixim<sup>9</sup> esse Cholericos. Tenuis quippe est flava bilis, & celeriter inflammatur, eademque celeritate extinguitur. Quidam tardi quidem ad iram sunt, sed ubi fuerint irati, satis agrè placantur: quales ij sunt, qui flavam bilem atra permittam habent. Hæc enim ut crassior est, sic paulò tardius excitatur, & paulò quoque tardius sedatur. Quidam denique & vehementer irascuntur, & nunquam in gratiam redeunt, nisi vindictio aut animaduersio consequuta sit: quales ferè sunt melancholici. Etenim hic humor, quia crassus est planèque terreus, difficillimè extingui potest. Prima excalescencia nominatur, altera amaritudo, tertia acerbitas, vel sauitia, vel etiam infensio. Quæ tamen hæc veræ species esse videntur: cum non secus differant, quam secundum magis & minus: quòd celerius vel tardius aut accendantur, aut extinguantur. Neque ab his tres illæ secus, quàm appellatione ac voce, diuersæ sunt, quæ ex S. Ioan. Damasceno & Nemesio commemorantur à S. Thoma 1. 2. quæst. 46. fel, mania, & furor.

Sanè omnis ira propter apprehensum malum efficit sanguinis motum ad cor: non tamen ut ibi quiescat, quemadmodum in tristitia: sed ut iterum reuertatur & feriat, malumque repellat: Quare maiorem quàm tristitia, commotionem habet. Propterea accenditur sanguis in corde & feruet: & quòvis in amore quoque accendatur & ferueat, feruet tamen cū dulcedine & voluptate: in ira verò cum amaritudine & tristitia. Inde externa quoque produntur signa: pallescunt aliqui, quia contrahitur sanguis: alij rubescunt, quibus callidior & nobilior sanguis: palpitat cor, voxque & sermo impeditur: nam & ratio turbatur, cuius nuntius est sermo: & impediuntur vocis ac sermonis instrumenta. Accenduntur etiam & rubent oculi, accenso scilicet sanguine & ad exteriora pulso. Denique exteriora quædam eduntur signa, quæ contrarium illius indicent, quod contemptor visus est voluisse: vt inactantia, & similia alia, quæ ad malum illarum & iniuriam repellendam spectant.

Sed omnino ira tum corpori obest, tum animæ. In corpore comburitur sanguis, & gignitur melancholia, morbique non leues. In anima rationis recta turbatio est, actionesque vitiosæ non pauca. Et nisi temperetur ira, insaniam interdum & rabiem adducit. Temperat autem mansuetudo, de qua in 4. moral. lib. Hæc inter stoliditatem & iram mediocritas est, quæ iræ habenas ita moderatur, vt non nisi ex rectæ rationis præscripto, ubi oportet, & quantum oportet, irascamur, nec vnquam discédamus ab eo, quod virum prudentem deceat. Frigidi verò cibi cholericam corporis temperationem non parùm iuuabunt, aliæque complura adimenta apud probatos scriptores extant, non minùs prudenter collecta, quàm copiosè explicata: quæ quilibet virtutis amator diligenter conquiret. Nos enim iam Aristoteles ad se reuocat.

Ira effectus.

Ira dicitur.

Remedium.

TEXTVS.

Εἰδὲν ὅτι αἱ εἰς τὸ κίνησιν, τὸ ἀρετικὸν ἢ ἀρετικὸν, ἀπὸ τοῦ δὲ πᾶσι τοῦ ἀρετικῶν, ἀπὸ τοῦ ἀρετικῶν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀρετικῶν, τὸ νοσηθῆναι, ἢ φαντασθῆναι, ἀπὸ τοῦ ἀρετικῶν, τὸ κίνησιν.

Specie quidem fuerit vnum mouens, appetituum quatenus appetituum. Primum vero omnium id, quod appetitur. Hoc etenim mouet & non motum: quod intelligatur phantasia vt comprahendatur. Numero autem plura mouentia.

COMMENTARIVS CLVIII.

NVM vnum sit principium mouens in animalibus, duobus modis tractauit Philosophus, quoniam duplicem difficultatem habebat. Prior fuit, quoniam tum intellectus tum appetitus mouere videntur: atque de hac appetitum constituit primariam mouendi vim habere: idèoque si non absolute, principem tamen vnum motorem esse. At reliqua erat posterior: quoniam hic ipse appetitus multiplex est, siue rationalem dicas & irrationalem, siue voluntatem, concupiscentiam, & iram. Hanc igitur posteriorem proximè superioribus verbis, explicare aggressus ex appetitionum contrarietate pugnaque vrgebatur non solum plura, sed & contraria in quibus esse, aut plura probans, quia contraria. Nunc explanationem absoluit ac dubitationem tollit. Specie namque vnum est mouens, numero plura.

Quorum verborum alienam prorsus à Philosophi mente interpretationem fecit S. Thomas: dum omnia mouentia dixit vnius speciei esse, quòd primi mouentis participatione moueant omnia. Nam primum mouet vt finis, cætera vt efficiens. Melius Philoponus speciem dixit pro genere, vt alibi sæpius fuisse positam. Quippe appetituum vnam genere facultatem dicim<sup>9</sup>, sicut & sensituum: atque vt quinque sensus sub illo genere ponimus, ita & voluntatem, concupiscentiam, & iram, sub vno appetituum genere. Cōsentit quoque Themistius, eodèmq; vsu exemplo est, dum text. 52. interpretaretur. Simplicius autem vnum specie dici mavult, velut homonymum ab vno & ad vnum. Rationalis namque appetitus irrationali præstantior est: atque hic ad illum, cuius præse fert speciem, appetitus dicitur. At in his synonymiam potius, vt & in sensibus animaduertas: cum præsertim belluarum appetitus per se & absque ordine ad rationalem, sed per ordinem ad appetendum obiectum, appetitus sit. Neque quod vna species altera præstantior sit & melior, synonymiam generis interire: ostendit animal, quod de rationali atque irrationali synonymè dicitur, etsi præstantius sit illud quod rationale dicitur. Et quid tandem intersit, aut animal rationale & irrationale dicere, aut rationale appetituum & irrationalem. Vnum igitur est mouens, quia est appetituum quatenus appetituum. Nam siue voluntas moueat, siue concupiscentia, aut ira: quia tamen non mouent quatenus tales sunt, sed quatenus appetitus, propterea vnam est mouens, appetitus: plura verò dum se-

Vnum autem mouentia.

Appetitus autem generis synonymum.



motus quidam, nempe velut actio in motu definiens. Sed tertiam ego lectionem, quæ Auerrois quoque fuisse videtur, probo maxime (in *intelligere*) quatenus actu. Sic enim priori membro pulchre respondet, quo id, quod appetit, moveri dicitur quatenus appetit. Respondet autem, velut probatione subiecta, quoniam appetitus est quidam motus quatenus actu operans, atque ab appetenda resuscitatus erigit sese at tollitque, & in suum bonum impetum facit. Quare si appetitio motus quidam est, id sanè mouetur, quod appetit.

Hoc igitur est duplex mouens: vnum immobile, alterum ab alio motum. Quod autem mouetur solum & non mouet, animal est, quod boni cogniti appetitione allectum mouetur motu iam proprie dicto, de quo loco ad locum progreditur bonum profectus concupiscit. Verum inter appetitum mouentem animalque motum aliud quidpiam est medium, quo appetitus virtutis ad mouendum, hocque velut instrumentum est, & corporeum quidpiam significat atque in corpore consideratur: quoniam illius interuentu atque usu corpus mouetur. Corporeum autem dicitur, & non corpus: quoniam corpus id est, quod mouetur: idque quous instrumentum mouet appetitus, diuersum esse oportet ab eo, quod mouetur.

*Motus instrumentum quod.*

Sanè duplici constat genere instrumenti, utroque corporeo, animam uti mouendo: altero generali & communi operationibus omnibus, calore inquam & spiritu, ideo namque refrigerato corpore absumptiove spiritu aut nullus aut certe vix vllus est motus. Altero huiusce actionis proprio, neruo aut musculo tendonæque: qua de re satis diximus in iis, quæ de organico scripsimus corpore. Sic enim cor appetitionum omnium sedes motricisque virtutis principium effuso spiritu atque in cerebri sinibus temperato ac per neruos distributo, corpus vniuersum quasi habens regit & quam libuerit in partem impellit. De calore & spiritu non est nunc Philosopho sermo: quoniam non generalia quærit operationum omnium instrumenta: sed id, quod localis motus proprium est & peculiare. Tamen si Simplicius hoc, quo anima in mouendo corpore virtutis, tanquam medium considerans inter mouens & motum, tum spiritum esse interpretatur, qui inter cor mouens & solidiores ceteras partes motas medius est. Tum id, quod superiores & inferiores, dexteras & sinistras corporis partes copulat: quod quidem in superficie consideratur, ubi animal flectitur: atque dum vna parte mouetur, alia quiescit, ut finis partis quiescentis quiescit, & ut principium motæ mouetur. Verum hæc parum huic loco accommodatè dicuntur. Tum quia quod adfertur de spiritu, generale nimis est, ut iam monuimus: non proprium localis motus instrumentum. Tum quia si instrumentum est medium inter mouens & motum, medium quærendum est inter appetitum & animal (hæc enim nunc tanquam mouens & motum proponuntur) non tamen inter cor & solidiores partes, aut inter superiores & inferiores, dexteras & sinistras.

Tertiam autem adhuc interpretationem subiungit idem Simplicius ex illa duplici ductam vitam quam alibi sæpius posuit: instrumenti altera formatrice, altera formato instrumento virente.

A Anima siquidem & instrumentarij corporis actus est, & virente corpore ut instrumento virtus: at id, quod virtus, necesse est diuersum ab eo esse, quo virtus: quæ igitur vita instrumentario virtus corpore, instrumenti forma esse non potest; sed instrumenti formatrix vita inter eam, quæ formato instrumento virtus, & instrumentum ipsum, consistit media: corporeum tamen quidpiam, quoniam postrema vita est corpori perfusa penitus & permixta. Ita virens vita est ut mouens & efficiens. Formatrix vti id, quo mouet: instrumentum formatum id, quod mouetur. Ceterum hæc duplex vita nunquam Aristoteli venit in mentem: neque mouens, de quo nunc agitur vita est instrumentum virens: sed appetitus. Et quoniam Simplicius medijs voce nititur totus, animaduertas quæso voce hac non uti Philosophum, sed solum dicere (quo mouet) quod non medium, sed instrumentum significare, statim adiungit quo, mouet, inquit, instrumento appetitus, id iam corporeum est: Quod nequaquam spiritum interpreteris: tum propter rationem bis iam significatam; tum quod ea, quæ de hoc instrumento subiunguntur in proximo contextu, de spiritu nequaquam affirmare licet.

Neque cor, ut Themistio placuit, hoc vel maxime argumento, quod indicauit Philosophus: quoniam instrumentum ibi est agnoscendum, ubi principium existit & finis: ubi verò est cor, ibi principium & finis dextri & sinistri, superioris & inferioris, anterioris & posterioris: secundum quas differentias fit motus. Quoniam cor appetitus quidem sedes est, motricisque virtutis principium & fons: at motus instrumentum dici non debet: siquidem instrumentum id appellamus, quo alio nullo intermedio quidpiam efficitur, quoque immediate flectuntur aut trahuntur corporis membra: quod neruis omnino aut musculis perfici manifestum est. Sed & ea est instrumenti conditio, ut motum moueat: cor vero Themistius ad motum accersit velut immobile quidpiam: dum omnem motum aliquo, animalium autem incessum duplici immobili ex libro de Animalium motu accipit indigere: vno exteriori & conspicuo, velut terra, cui animal innixum mouetur, altero interno & recondito, circa quod corporis partes dextræ aut sinistræ, superiores aut inferiores, alternatis vicibus adductæ aut reductæ mouentur. Nam ut circa centrum immobile voluitur Globus, ita & cor in medio loco fixum & immobile esse oportet, circa quod & à quo partium motus fiat. At si fixum est & immobile, qui possit instrumentum motus appellari?

Neruis, musculus, & tendo, tum mouentur, tum mouent: mouentur ab animæ appetitu motricæque virtute; mouent autem ossa & solidiores partes, quibus infiguntur, dum eas trahunt & flectunt, vel extendunt, adducunt, vel abducunt: Hæc igitur sunt id, quo ut instrumento mouet appetitus & mouetur animal. Quæ nimirum ab Aristotele in cap. 5. indicati libelli, qui est de causis motus animalis instrumentariis, commemorantur. Sanè in omni animalium motu, siue totius animalis sit, siue cuiuspiam partis: siue volatus, siue natatio, siue incessus: demonstrauit is necessarium esse aliquid immobile in ipso animalis, cui motus iniungitur. Ad illud non esse cor statuit,

*In anima  
is motus  
duplex  
immobilis*

*Motus  
instru-  
mentum  
quod*

*Immobilis  
quod in  
animalis  
motu*

sed partem alteram quiescentem, superficimue mediam inter quiescentem partem partemque motam. Atque hic est locus: in quem accuratam magis huius rei considerationem differt Philosophus. Communes autem animæ & corporis operationes vocat eas, quæ vñu corporis fiunt ab anima: qualis est motus. Cùm enim nunc agatur solum de anima, non de corporis instrumentis, nisi quatenus anima per hæc operatur: satis est operationum principium in anima reperire: quæ verò corporis membra famulentur, in corporis potius consideratione quaerendum est, quæ in libris de Animalibus continentur.

Iam verò quod attinet ad verba, principio illi (Quoniam verò tria sunt) quod suspensam habet sententiam: Alexander & Philoponus nihil reddendum putant. Neque enim hoc apud Aristotelem nouum & inuitatum. Sed Plutarchus ac Simplicius quidpiam reddunt. Cùm enim tria motui necessaria numerentur, & eorum vnum diuidatur in duo, colligendum esse inquit: quatuor igitur sunt motui necessaria. Eadem Themistij quoque videtur fuisse sententia.

TEXTVS.

*Nunc de his in peralioo eipen, to kinon organikos epas aron epelousi to auto, vni o gylismos. epavda gar to kinon ep kalon, to idu telousi, to de aron. do to idu themei, to de kinetai, lagon idu epesa onta, meides de aroneta.*

Text. 55. Nunc autem (vt summatim dicam) quod mouet vt instrumentum, vbi principium & finis idem velut gylismus. Hic enim gibbum & cauum: alterum quidem finis, alterum verò principium. Quare alterum quidem quiescit, alterum autem mouetur, ratione quidem diuersa, magnitudine verò inseparabilia.

COMMENTARIVS CLX.

Longiorem alibi futurum de motus instrumento sermonem in pauca nunc contrahens, obscure satis quodnam illud & quale sit proponit. Quod enim antea dixit (quo mouet instrumento appetitus) id ipsum nunc ait (quod mouet vt instrumentum) illius ipsius scilicet appetitus, qui eo ad motum vitur. Summatim autem explicat, tum quia in pauca contrahit ea, quæ pluribus in libro de animalium motu disputauit: tum quia non accurata demonstratione, sed similitudine sola explicat quomodo res habeat. Multiplicemque Philoponus putat similitudinem esse. Primum principij & finis. Deinde gylismi, hoc est, ossium intexturæ. Tum motus secundum naturam motusque præter naturam: quos pulsus & tractus nomine comprehendit. Postremò circuli.

Quod nullus probauerit, qui Philosophi orationem attentius gerit. Vnicam namque gylismi similitudinem proponi reperiet: ad quam explicandam cætera pertinent omnia, quæ subiiciuntur. Quippe in eo tum principium est & finis, tum gibbum & cauum ingressusque mutuus, tum pulsus & tractus, tum demum circuli duo sese muruo subeuntes. Quamque sunt alia, quæ in hac Philoponi commentatione repræhendas.

A Quòd instrumentum motus, de quo hæc omnia dicantur, spiritum esse velit: quod medicorum inquit sententia calorem innatum motus instrumentum non esse: in gylismo curum & cauum ratione sola distingui, subiectoque idem esse: quoniam, inquit, in alio corpore curum est, in alio cauum: cum hæc ipsa subiecti, non rationis, distinctio sit. Rursum spiritum non vt vitalem, sed vt spiritum, moueri: quoniam immobilis anima est. Cùm tamen spiritus absque anima sursum duntaxat, vt corpus leue moueatur, in corpore autem & sursum, & deorsum, & in omnem partem. Et anima etsi immobilis per se sit, mouet tamen corpus, in quo est, & cum eo ex accidenti mouetur. Etsi spiritum animatum esse non damus. Vt nec illud: Id, quod in animalium motu partim mouetur, partim quiescit, spiritum esse: nam in libro de Animalium motu diuersas esse corporis partes dicitur. Mitto cætera.

B Mitto & vniuersam Simplicij interpretationem, subtiliter quidem excogitatum, ac minus Aristoteli accommodatam: dum hæc omnia de formatrice instrumenti vita conatur ostendere. Cùm præsertim de corde quoque & spiritu & superficie inter oppositas partes media ipsemet fateatur exponi posse: deque his in libro de Animalium motu sit fermo. Vbi hæc in cap. 6. verba reperies: Secundum rationem igitur causam motus dicentem appetitus est medium, quod motum mouet. In animatis autem corporibus oportet esse corpus tale. Quo loco duplex ponit mouens motum: alterum primarium, in anima, appetitum à re appetenda motum: alterum instrumentarium, in instrumentario corpore: partem illius quampiam, quæ ab appetitu mouetur. Neque inter hæc media formatrix instrumenti vita commemoratur vsquam.

C Principio igitur ponendum est, quid gylismos gylismi seu gylismos sit: apud Aristotelem enim gylismum, & apud Hippocratem in libro de locis in homine, Galenūque in libro de ossibus, gylismum legimus. Quem Hippocratis locum (vt hoc obiter adnotem, & Aristotelem interim mittam) si obseruasset Galenus, recentiores primum Medicos non scripsisset vnam diarthroses speciem gylismum appellasse. Multò namque antè Hippocrates scripserat. Ad genu os femoris biceps est: bicipitio autem huic os tibia appellata velut in gylismo adaptatum est. Inde Aristotelem tum vocem tum illius significationem mutatum fuisse credi potest. Neque audiendum Simplicium esse, si Plutarchum sequutus gylismum dicat duorum esse anulorum complexum: quorum alter in alterum ita immixtus est, vt conuexa vnius pars cauum alterius tangat. Appositè magis Philoponus: Gylismus, inquit, est duorum ossium constructio: eorum altero gibbo & rotundo in alterius cavitatem immisso. Nam & Aristoteles gibbum statim & cauum subiungit, & id ad animalium motum explicandum accommodatum erat maximè. Alexander tamen cardinum ingressus intellexit, quibus ossium ligna sustentantur & voluantur: gylismumque dixit esse, quando circè Fibulam stantem adiunctus ei anulus contrariis intus & extra mouetur motibus. Hunc sequutus Themistius quoque videtur, cum circè immobilem, inquit, fibulam alter-

*Dardanus*

Ginglyf-  
mus in  
offibus  
cardi-  
nis.

lam alternis vertuntur ginglyfmi. Parum quippe fideliter hunc locum Latine reddidit Hermolaus. Ego non facile dixerim, an cardinibus hinc, an offium intertexturis fuerit primum hæc vox imposita. Etenim nature quidem æmula & imitatrix ubique ars est, atque offium commisturæ & animalium motus imitatione videntur cardines arte facti, ac de voce hac non ita fortasse licet pronuntiare, & à cardinibus ad hanc offium intertexturæ speciem significandam ea fuerit potius traducta. In cardinibus namque conspicua magis est res, quod ars naturam perficiat. Sed cum duplex cardinum existat forma: Altera qua feramenti virtusque: tum eius, quod fixum manet, tum eius, quod mouetur: pectines imple-xu mutuo sese subeunt, ac duplici velut anulo coniunguntur: Altera, in qua crassior clauus infixus parieti verticillum excipit portæ. Duplex quoque inde offium articulatio nominata est. Altera *γινγλυμῶς*, in qua pluribus, aut finibus, aut capitibus ita iunguntur, vt vnus caput in alterius finem condatur, & alterius vicissim caput in illius excipiat finem. Altera *ζεύξις*, vbi instar clauus os infigitur offi, vt maxillæ dentes. Quare dum Alexand. & Themistius ginglyfimum interpretati sunt cardinem, in quo circa fibulam stantem mouetur anulus: duplicem cardinum formam non distinguentes, minus omnino propriam vocis significationem tradiderunt.

Aristoteles igitur animalium motus explicatur instrumentum, ginglyfmi virtus similitudine; omninoque illud ait esse velut ginglyfimum. Quamuis non ita presse hanc vocem nominet, vt ab Enarthrosi & Arthodia distinguatur, pluribusque duntaxat capitibus ac finibus constantem articulationem significet, qualis est fœmoris ad tibiam secundique ac tertij quatuor digitorum articuli. Sed ampliori acceptione pro quaui diarthrosi & offium colligatione, quæ flectatur in motu. Cuius cardinum ginglyfimum quæuis pro exemplo ponit.

Vt enim cardinum vsu aperiantur & clauduntur atque omnino mouentur lignea offia, fenestræ: sic huiusmodi articulationum velut instrumenti vsu mouetur animal: siue totum incedat, volet, aut nate, siue parte sui quapiam, vt manu vel pede, moueatur. Tum in cardinum, tum in animalis motu, quidpiam est fixum & immotum: & aliud quidpiam, quod immoto illo sustentatum moueatur. Pars cardinis alteri ligno parietive infixa manet, altera agitur & voluitur: & in animali vnus os immotum quiescit, alterum ab illo pendens flectitur aut extenditur. Immotæ quiescit scapula, & mouetur brachium: immotum manet brachium, mouebitur cubitus: quiescat cubitus, mouebitur manus. Immotæ item femore mouetur tibia, hæcque immota mouetur pes. Tum vero in cardine, tum in articulo, & finis est & principium: partis quiescentis & immotæ finis: principium autem eius, quæ mouetur. Ibidem & gibbum est & cauum: gibbum partis vnus subeuntis, & cauum excipientis alterius. Alterum principium, alterum finis: vt altera pars circa alteram flectitur & mouetur. Finis immotæ partis quiescit, principium motæ mouetur. Ratione sanè diuersa, magnitudine vero inseparabilia, quoniam eadem vtrius-

A que partis extremitas, tum mota & quiescens, tum principium & finis esse potest: principium & mota, si pars illa circa stantem alteram moueatur: finis & quiescens, si circa illam altera moueatur. Et omnino principium motus in medio est; in medio inquam articulationis duorum offium, vt & in coniunctione duplicis cardinum partis. Aut etiam ratione diuersa: quoniam articulationis pars vna mouetur, altera quiescit: magnitudine vero inseparabilia, quod ambæ coniunctæ in articulatione sint & colligatæ.

Iam vero quoniam per artus motus omnis perficitur, artusque omnes articulantur thoraci, is velut medium existit, circa quod immotum & quiescens, tum brachia mouentur, tum crura. Et quoniam thorace cor continetur, velut appetitus & motricis virtutis sedes, hoc ipsum de corde quoquo modo licet affirmare. Sed vt de articulis potius singulis ego interpreter, faciunt illa verba (principium & finis idem) quæ nec thoraci nec cordi satis accommodantur. Nam etsi principium dici possent, quatenus motricem virtutem continent, ac rursus finis, quatenus circa illa immota mouentur artus. Manifestum tamen est non de principio mouente, sed de principio magnitudinis instrumentique corporei sermonem esse Philospho: quod neque cordi, neque thoraci conuenit, quæ non mouentur, sed artuum motum immota sustinent. Minus etiam thoraci & cordi conuenit illud (ratione sanè diuersa, magnitudine vero inseparabilia) quoniam quiescentia & mota, & principium & finis non sunt. Denique quis cor ginglyfimum esse dicat & articulum? Siquidem articulus omnis plurium offium coniunctione constat: cor carneum totum est & molle, omnique caret osse, nec diuisionem habet. De partium igitur singularum articulis sermo est, quia his motus omnis perficitur, adestque absolutum & integrum instrumentum, neruo, musculo, tendone, osseque articulo constans. Ita vel ipse Philosphus interpretatur ad initium libri iam sapius citati. Oportet, inquit, si particula quæpiam moueatur, quiescere aliam. Propterea flexus animalibus insunt: tanquam enim centro vtuntur flexibus: Fitque tota pars, in qua est flexus, & vna & duæ, & recta & flexa: quæ permutat potentia, propter flexum. Cum autem flectitur & mouetur, hoc quidem signum mouetur, illud autem manet in flexibus. Quibus verbis vniuersam comprehendit huius loci sententiam, deque membrorum articulis interpretatur, in articulationis centro principium ponens & finem. & in capit. 6. totidem inculcat verbis:

D Flexus, inquit, quod huius quidem principium, huius autem finis, dictum est: quare & vt vno, & vt duobus eo vtitur. Sed & demonstratio & exempla: quæ subiunguntur, horum sunt articulorum, brachij, cubiti, humeri: tibiæque genu, cruris, coxendicis. Principium tamen mouentis animæ in corde & thorace, in medio scilicet totius animalis, collocat in eodem capit. 6. tum vt inde membra omnia, tum dextra & sinistra, tum superiora & inferiora, mouere possit: tum quia ibi sensus & appetitus sedes est. Itaque principium motus primarium in corde fuerit, instrumentarium in membrorum articulis.

CCCCC

lis, sicut & sensus principium est cor, instrumen-  
tum oculus, aut alia quæpiam pars. Tum verò  
accedit spiritus, qui vim & vsum instrumentis  
omnibus præbet.

TEXTVS.

Πάντα γὰρ ὄντα ἐξ ἐξεί κινήτου. διὸ δὲ ἄνευ τοῦ κινήτου  
μὴ εἶναι τὴν, καὶ ἐν τούτῳ ἀρροῦναι τὴν κίνητον.

omnia namque pulsū & tractu mouentur. Quam-  
obrem opus est, vt in circulo manere quidpiam, atque  
hinc inchoare motum.

COMMENTARIVS. CLXI.

Hæc nimirum ad illud idem explicandum  
pertinent, quod de ginglysmo velut anima-  
lis motus instrumento proposuit. Quare cum  
gibbum & cauum, principium & finem, quies-  
cens & motum, considerasset in eo: alia nunc  
duo addit, pulsū & tractum, circulum & cen-  
trum: quibus animalium motus pulchrè declara-  
tur.

Pulsus &  
tractus,  
quælis  
motus.

Pulsū & tractum minùs benè acceperunt  
Philoponus & Simplicius, tum motum secun-  
dum naturam, tum præter naturam, significare  
arbitrati. Omnia namque dixit, inquit Simpli-  
cius: quare & quæ secundum naturam, & quæ  
præter naturam: pulsū & tractu mouentur. Nam  
quod (omnia) dicat Philosophus, ad animalia  
spectat, de quibus est sermo. Pulsū verò &  
tractū manifestū est motus esse præter natu-  
ram. Et Aristoteles in text. 10. libri 7. Physic.  
eos posuit speciem motus ab alio seu præter natu-  
ram: oppositam illi, qui à seipso est & secun-  
dum naturam. Omnis quippè pulsus aut tractus  
ab externo est.

Pulsus &  
tractus  
ut in ani-  
malis  
motu.

Potro duobus modis in animalium motu pul-  
sus & tractus instat. Primum in totius anima-  
lis incessu. Deinde in singulorum etiam mem-  
brorum flexu. Etenim dum incedimus, pede  
vno terram pellimus, ac resistentem trudimus,  
altero corpus trahimus. Quam ob causam in  
libro s. de Animalium motu capit. 1. demonstrat-  
ur, in animalibus non solum partem vnā quies-  
centem esse oportere, cui alia, quæ mouetur,  
innitatur: sed etiam extra ipsa immobile quid-  
piam, cui innixa moueantur tota: gressilibus ter-  
ram, volatilibus aërem, natantibus aquam. Nisi  
enim hæc immota resisterent, non progreden-  
terentur animalia. Propterea in arena, luto, mol-  
liue terra, vix progredimur: quia non resisten-  
tem terram non pellimus, sed in profundum  
deprimimur. Et nauim si pellas extra ipsam exi-  
stens, vel aliquo extra ipsam existente innixus,  
facile impellis: si intra ipsam duntaxat, nihil  
proficis. Et Archimedes immobile quidpiam  
extra terram optabat, vt terram totam moue-  
ret libratetque. In singulorum autem mem-  
brorum flexu ac motu tractus est, cum pe-  
dem aut manum ad nos contrahimus; & pul-  
sus, cum à nobis foras extendimus. Quod ma-  
ximè hoc loco spectasse videtur Philosophus:

In ani-  
malis  
motu du-  
plex im-  
mobile.

tum quia de ginglysmo & membrorum arti-  
culatione agitur, quoque modo moueat expli-  
catur. Hoc enim partium motu atque inflexu  
totum mouetur animal atque incedit: tum  
quia ita colligi potest ex iam indicato libello  
de animalium motu capit. 6. vbi motum dixit  
pulsū & tractu fieri, oportereque instrum-  
entum motus augeri posse & contrahi: quom-  
rum vtrumque articulationis & ginglysmi vsu  
perficitur. Nam & spiritus quoque natura, quo  
instrumentum vritur, eiusmodi est, vt sine vi  
vlla tum tractiua sit, tum pulliua.

Tum demum, quia ita sanè indicat alterum  
illud, quod ex hoc de circulo & centro colli-  
git. Horum namque vtrumque in membro-  
rum articulatione & inflexione considerata fuit  
se; confirmabunt illa verba, quæ ex eodem li-  
bro de animalium motu in superiori commentario  
protulimus. Tanquam enim centro, in-  
quit, vtuntur flexibus: & quæ sequuntur. Con-  
tracta siquidem moxque extensa tibia manuve  
describitur circulus seu circuli pars: quare vt  
in circulo dum fit ambitus & Periphæria mo-  
tus, immobile manet centrum, circa quod fit  
motus; ita & in actuum pulsū & tractu velut  
centrum est articulatio, vnde principium est  
motus artuum, qui circa illam mouentur. Sanè  
musculus omnis trahens aut extendens ad  
suum principium mouet, eam partem, cui in-  
fixus est illius tendo. Principium autem mus-  
culi circa articulationem ferè versatur, inde  
igitur principium motus, ad quod quiescens  
& immotum pars tracta seu extensa mouetur.  
Huc etiam spectat quod in 7. Physic. lib. vo-  
luntio circularis motus ex tractu & pulsu com-  
poni dicitur: quia quod ita mouetur, parte  
vna recedit à mouente, pulsusque videtur  
esse: altera accedit, & est tractus. Ac rur-  
sum quiescens & immobile centrum, addit  
Simplicius, impellit circulum, quatenus à se  
recedentem mouet; trahit autem, quatenus  
circa se mouet: ipseque totus circulus mira-  
biliter & trahitur & pellitur. Perinde igitur in  
animalium quoque euenit motu.

Neque tamen propterea violentus est mo-  
tus, & si tractus & pulsus violentus motus sint.  
Namque mouens quidem internum est: quippe  
ex mouente anima & corpore motu vnū  
efficitur, dumque ab anima mouetur animal,  
ab interno principio mouetur. Quod autem  
mouetur corpus, et si vt est terreum & graue,  
propensionem ad eum motum non habeat: quin  
in contrarium potius feratur: quatenus tamen  
instrumentum existit animæ, ad animalem om-  
nem motum atque vsum animæ promptum est.  
Etenim simili modo philosophamur de illis mo-  
tibus, quibus contra naturalem propensionem  
ascendunt grauia, & descendunt leuia, ne inane  
quidquam sit in natura. Quamuis enim videan-  
tur esse præter naturam, dum propria & particu-  
laris eorum natura spectatur: naturales tamen  
existunt, quatenus ea corpora vniuersi partes  
sunt, naturalemque inclinationem ad illius con-  
seruationem & perfectionem habent. Quippè  
pars quælibet sui totius potius, quàm proprium  
querit bonum; quoniam proprium bonum ex  
totius pendet bono: dumque totius bonum quæ-

Motus  
animalis  
videtur  
causari.

Motus  
animalis  
violens  
non esse.

Motus  
grauis  
superius  
& leuis  
descendit.

rit, suum proprium querit. Ita manus & brachium abique deliberatione & consilio, solo naturae instinctu pro capitis & totius incolumitate ictibus sese ac periculo exponunt: quoniam si pereat totum, de illis quoque fuerit actum. Pulsus igitur membrorum & tractus dominantis sanè elemento præter naturam est & violentus, atque ab externo principio: ac naturalis, quare nus animæ instrumenta sunt, totiusque animalis partes.

TEXTVS.

Ὅπως ἔστιν ἡ ἀσπείρισις, ἢ ὀρεκτικὸν τὸ ζῷον, ταῦτα ἴσως κινητικῶς ὀρεκτικὸν δὲ ἐν ἀνελ φαντασίᾳ, φαντασία δὲ πᾶσι, ἢ λογιστικῇ, ἢ αἰσθητικῇ. ταῦτα ἔστιν ἢ τὰ ἀλλὰ ζῶα μετέχει.

Text. 56. Omnino igitur, quemadmodum dictum est, quatenus appetituum animal, easens suis motuum. Appetituum autem non sine phantasia. Phantasia vero omnis, aut rationalis, aut sentiens. Hæc igitur animalia cetera participant.

COMMENTARIUS CLXII.

Velut generalis hæc est superioris totius disputationis conclusio: qua omnino conficitur appetitum primariam esse motus animalium causam: animalque eatenus vim habere mouendi seipsum, quatenus appetendi vi præditum est: ut in text. 54. dictum est. Quoniam tamen appetitum dixerat nequaquam sine cognitione mouere, neque animal incitare nisi ad boni malive cognitio profectationem aut fugam: propterea appetendi vim subiungit absque phantasia non mouere, hoc est, cognitionem quoque necessariam esse, velut conditionem sine qua non moueretur appetitus. Non enim moueretur, nisi proponeretur illi obiectum: proponitur autem cognitione.

Phantasia rationalis & irrationalis.

Sed quod duplicem phantasia distinguit, rationalem vnam solius hominis propriam, alteram irrationalem & sentientem: duobus modis interpretari licet. Primum enim propriam nominis notationem spectantes dicere possumus phantasia apparitionem obiectique repræsentationem appetitui factam significare: ut sententia sit. Appetituum non esse motuum sine phantasia, hoc est, nisi cognoscente quapiam virtute res appetenda illi proponatur, & velut appetenda appareat. Hoc autem vel sensu fit vel intellectu: sensu, tum in homine, tum in bestiis quoque: intellectu in homine solo. Colligitur hæc interpretatio ex superius dictis, præsertim in text. 48. ex quibus hæc omnia deducit Philosophus. Quod enim ibi dixerat duo esse mouentia, appetituum & intellectum, si phantasia velut intellectio quædam ponatur, hoc ipsum nunc repetit, appetitum mouere, ac non sine phantasia, hoc

A est, sine cognitione & intellectu ampliori significatione accepta. Quod enim ibi vniuersè nominat, phantasia hic appellat: quam mox in rationalem & sentientem partitur: hoc est, in intellectum & phantasia proprie dictas. Quod Themistius quoque sensisse atque ita interpretatus fuisse mihi videtur: vbi appetens dixit absque phantasia mouere non posse, phantasia autem omnem aut rationis esse aut sensus. Alioqui si phantasia proprie intelligatur, ut ab intellectu cognitione distinguitur: falsum erit appetitum non mouere sine phantasia, cum per se homo rationem sequutus solam operetur.

B Altera tamen expositio respuenda non erit: si phantasia proprie interpretetur. Appetitum namque respondebimus sine phantasia non mouere: quoniam est intellectum sequatur, hic tamen ipse indiget phantasia, sine qua intelligere non valet: præsertim intellectus actiuus, quia motum confert. Nam hic, inquit Simplicius, circa particularia semper versatur: particularè que propositionem cum vniuersali complicans adiutrice semper indiget phantasia ad particularium ipsorum cognitionem. Est autem duplex phantasia; aut rationalis, aut sentiens, hoc est, aut rationi conformis, qua ad verum & honestum bonum mouetur: aut sensui qua ad iucundum & apparens incitatur: illa solius est hominis: hæc tum belluarum tum hominis, vbi rationi præualet concupiscentia.

TEXTVS.

Ἐπιπέριον δὲ ἐστὶν, μετὰ τὴν ἀσπείριαν, ἢ τὸ κινῆσαι, οἷς ἀπὸ μόνου ἴσως ἀσπείριον, ποτὲς ἐν δὲ ἔχειται φαντασίᾳ ἀσπείριον τῶν τοιούτων, ἢ ἐξ αἰσθητικῆς φαντασίας, καὶ ἡδονῆς ἐστὶν, ἐν δὲ ταῦτα, καὶ ἐπιπέριον αἰσθητικῆς φαντασίας δὲ πᾶσι αὖ ὅσον ἢ ἀσπείριον καὶ κινητικῶν ἀσπείριον, καὶ ταῦτα ἔστιν ἴσως, ἀσπείριον δὲ ἐστὶν.

D Considerandum autem est de imperfectis, quidnam sit mouens, quibus talis duntaxat inest sensus: Num contingat phantasia inesse his an non, & concupiscentiam. Videtur enim molestiam & voluptatem esse. si vero hæc, & concupiscentiam necesse. Phantasia vero quonam modo inest? An velut & mouentur indeterminatè, & hæc insunt quidem, indeterminatè autem insunt?

COMMENTARIUS CLXIII.

E Cum tria distinxisset in text. 54. ad motum necessaria esse, id quod mouet, id quo mouet, & id quod mouetur: de singulis quasi totius disputationis subijcens clausulam summam dicere inceptit. Ac primum de instrumento motus: deinde de eo quod mouet, nunc verò de eo quod mouetur. Simul exponens quomodo

CCCCC ij

phantasia, quam postremo in rationalem & sentientem partem est, in animalibus cunctis reperitur. Naturæque ordine ab imperfectioribus principio facta, in quibus tum solus inest sensus, tactus, tum imperfectus & obscurus motus dum non de loco ad locum traesunt, sed in eodem herentia semper quoquo modo se pandunt & contrahunt. Vtramque enim ob causam imperfecta hæc animalia vocantur, & accipiunt quasi inter animalia plantæque naturæ.

Sanè obscurus est horum motus, at obscurior illius causa. Nam si animal eatenus mouendi vim habet, quatenus appetituum est, neque appetituum sine phantasia mouet, quo tandem modo hæc moueantur, in quibus solus inest tactus? Quare hæc aduersus superiora quoque dubitatio fuerit. Si enim hæc solo viuentia tactu mouentur, minus verè definitum videbitur: appetituum non sine phantasia principium esse motus. Ergo respondet Philosophus querendo, num in hoc animalium genere phantasia inest & concupiscentia: hoc est, appetitus sentiens, qui phantasia solet esse comes. Probaturque inesse vtramque, & ideo illa moueri. Concupiscentia quidem inest, quia incurrentium obiectorum delectationem & tristitiam sentiunt. Propterea namque sese ad iucunda & naturæ suæ opportuna pandunt, quòd illis delectentur: contra molestis incidentibus & noxiis contrahuntur, quòd tristitiam & molestiam sentiunt. At quid aliud est hoc, quàm concupiscere iucundum & proficere, molestumque auersari & fugere? Appetitus siquidem ad iuauæ & iucundum protenditur, ab insuauæ & molesto refugit. Quod magis perspicuum in iis est, quæ ad absens iucundum mouentur & à molesto refugunt. Inest & phantasia, qua iucundum aut molestum apprehendant, ideoque ad illud se extendant & ab hoc refugiant.

Sed vt motus obscurus est & imperfectus: ita & phantasia. Non quòd imperfectio motus imperfectio phantasiæ sit causa: sed contra potius: verum ille argumentum & indicium huius existat, & eiusmodi prorsus phantasia sit ad eum efficiendum motum sufficiens causa. Nimitum aut absentium & distantium rerum phantasia non habent, sed præsentis duntaxat obiecti: quæ satis est animalibus illis, quæ nec pedes, nec incessus habent instrumenta, neque de loco ad locum ad absens quidpiam conquirendum mouentur: aut certum nullum ac determinatum suauæ, nec in quoquam determinato loco, sed indeterminate obuium quoduis imaginantur: nec illud querunt, sed suscipere parata sunt, si extrinsecus fortasse incidit. Propterea indeterminate moueri dicuntur, quia non ad determinatum locum, aut ad determinatum quidpiam imaginatum, vt animalia cetera, mouentur: sed præsentem quocumque obuiò & tangente panduntur & contrahuntur. Neque per seipsa tota, sed per partes mouentur: neque huius vel illius determinati boni aut mali imaginatione aut appetitu, sed vniuersè duntaxat & confusè iucundi & molesti.

Hinc phantasiæ diuisionem facit Philoponus. Quædam enim est deliberatiua, alia comes sen-

*Phantasia animalium cur imperfecta animalia*

*Phantasia animalium phantasia sunt habere est concupiscentiam.*

*Phantasia qua sentiam habent.*

*Qualem motum.*

*Phantasia diuisio.*

A fusilla hominis propria, hæc ceterorum quoque animalium. Verum aut confusa est, vt in vermibus & crucis, quæ propterea errandum & vagum huc & illuc habent motum, non in certo & determinato loco; sed vbique iucundum queritantes, si forte occurrat. Aut non confusa in iis, quæ perfecta sunt. Atque hæc rursum aut docilis est, vt in canibus & psittacis; aut iocundis, vt in formicis & araneis. Verum dum in plantanimalibus hæc animalibus, de quibus nunc sermo, phantasia subiungit non confusam inesse, audiendum omnino non est: quippe indeterminate inesse ait Philosophus. Quid autem est indeterminata, nisi indistincta & confusa? Nihil enim distinctè imaginantur, nec ad certi quidquam mouentur. Sanè minus hæc perfectum, quàm vermes, habent motum: quibus tamen is non nisi confusam inesse fatetur.

Porro cum solum his animalibus audis inesse tactum, gustatum item quempiam, licet obscuro, intelligas. Est enim sensus alimentitendæ vitæ necessarius. Quare tactum solum dixit, quod gustatus quoque tactus quidam sit: aut gustatum neglexit, quoniam in animalibus hæc imperfectissimum est, nec sapores, sed conuenientiam solum vel non conuenientiam alimenti iudicat: solumque tactum habent distinctum ac certum. Quocirca testam carni obducam pandunt: tum vt alimentum accipiant: tum vt suauæ ac iucundæ delectentur tactu. Potius verò ob alimentum inopiam, quam ob præsentis iucundi sensum ea moueri; argumento est: tum quòd vel etiam non præsentem iucundum pandunt sese interdum: tum quòd cum dura obducantur testæ, præsentis iucundi sensum non habent, nisi postquam aperta testa iucundum contra subierit: motusque is iucundi sensum antecedit. Quamquam vbi semel iucundum senserint, magis panduntur, vt copiosius hauriant.

*Phantasia animalium cur sese pandunt.*

D TEXTVS.

*Ἡ ψῆχὴ ἐν ἀδύνατον φαντασία, ἀσπείρητος, ὅτι ὡς τὰς ἀλλοῖς ζῴοις διαφέρει, ἢ δὲ βέλτοισιν ἐν τοῖς λογισμοῖς ποτὲ καὶ ἀσπείρητος τοῦ θεοῦ, καὶ λογισμῶν ἀδύνατον ἔχει, ὅτι ἀδύνατον ἔχει ἐπὶ μετέωρον. τὸ μείζον καὶ δύνανται, ὅτι δὲ ἡ ἀπὸ ἐν ἐν πλείονος φαντασιώδων πνεύματι.*

*Text. 17.*

Sentientis igitur phantasia, quemadmodum dictum est, & in aliis animalibus inest. Deliberatiua autem in rationalibus. Etenim an agat hoc an illud, rationis vique opus est, necesseque semper vno motu. Namque manus prosequitur. Quare vnum potest ex pluribus phantasiaribus facere.

COMMENTARIVS CLXIV.

DE perfectiorum nunc animalium phantasia & motu differit. Animalium inquam eorum, quæ perfectam ac distinctam, nec præsentium modo, sed & absentium rerum phantasia habent, easque de loco ad locum motu ac progressionem sibi procurant. Horum pleraque

sentiente duntaxat, hoc est, quæ solum sensum  
ducem sequatur, phantasia aguntur. Alia enim  
illis, quam sensus, cognitio non inest. Quæ verò  
rationalis antea dicta est phantasia, hoc est cum  
ratione coniuncta rationique conformis: ni-  
mirum in solis inest rationalibus: in solo inquam  
homine, qui solus rationis est compos, ratione-  
que vivit ac mente. Itaque quam antea rationa-  
lem dixit, deliberativam nunc appellat: non  
quod deliberatione utatur ipsa (deliberare nam-  
que an hoc an illud agendum sit, rationis opus  
est: & si deliberare ipsa posset, in bestiis quoque  
deliberativa phantasia inest) sed quod cum  
rationis deliberatione coniuncta sit. Nam &  
rationalis vocatur, non quod ratiocinetur ipsa,  
sed quod cum intellectus ratiocinatione iungatur.  
Quippe in text. xi. dictum est appetitum &  
phantasiam recta esse posse & non recta: & agen-  
dum omne contingens esse, posseque & aliter se  
habere. Neque de æternis ac necessariis delibera-  
tio vlla suscipitur.

Phantasia  
rationalis  
& irra-  
tionalis.

Motus  
hominis  
& bestia-  
rum quod  
differt.

Hoc igitur inter brutorum & hominis inter-  
est motum, quod illa solo sensu duce phanta-  
siaque adiutrice, iucundi propositi concupiscen-  
tia incitantur: hic verò ratione deliberat an pro-  
sequendum sit. Et interdum quidem abstinere,  
vbi minus honestum esse ratio concluderit, in-  
terdum verò immoderato affectu nimiaque cu-  
piditate superatus profectur: illud continen-  
tium est, hoc incontinentium. Quod si anima-  
lia quædam sunt, quæ disciplinæ capacia quo-  
quomodo videantur esse, vt canes, simia, vrsi,  
equi, non intrinsecus tamen & ex se, inquit Sim-  
plicius, sed forissecus ab hominis ratione diri-  
guntur & quoquo modo componuntur, quid-  
piamque agere assuescunt. Hoc igitur inter irra-  
tionalia interest & hominem; quod illa ad vnum  
duntaxat finem tendunt, solum apparens sen-  
suique occurrens bonum querentia, ob naturæ  
scilicet angustiam & imperfectionem, quæ sola  
necit sensus cognitione, eamque sequitur.  
Homo vt præter sensum ratione quoque vivit,  
sic non iucundum modo & apparens, sed & ho-  
nestum & verum bonum sectari potest: pluri-  
busque propositis deliberat, an hoc an illud sit  
amplectendum. Habet enim tum cognitionem  
tum appetitum ampliorem. Quæ demum supra  
hominem sunt, verum solum bonum sibi pro-  
ponunt: quod non sensu, vt irrationalia; neque  
sensu & ratione, vt homo: sed intellectu solo  
vivunt. Atque vt sensu, sic phantasia carent.  
Omnis quippe phantasia motus est à sensu actu  
factus: vt in superioribus definitum est. In irra-  
tionalibus, tum sensus inest, tum phantasia. Sed  
cum desit ratio, à solo sensu excitatur phantasia  
atque in phantasia ab eo ingestum desinit. In  
homine, tum sensus & phantasia, tum ratio:  
ideoque phantasia non in solo sistit sensu, verum  
ab eo primum excitata famulatur rationi, eius-  
que consilio ac deliberatione, quoquo modo  
fruitur. Propterea illa sentiens, hæc deliberativa  
dicitur phantasia.

Porro vbi ait (necessèque semper vno metiri)  
Auerroës legens (& numerat ipsam vnum de  
necessitate) interpretatus est vnum oportere  
esse numerans & iudicans quid ex propositis  
pluribus sit eligendum. Sed Græca lectio aduer-

A sator (& ἀσάτωρ ἀπὸ τοῦ ἀσάω, necesseque tempet  
vno metiri) & illud quod mox subiungitur,  
(quare vnum potest ex pluribus facere) non de  
iudicantis virtutis, sed de obiecti propositi vni-  
tate sermonem fuisse ostendit. Quare nec satis  
aptè de medio exposuit Sanctus Thomas, quo  
practica ratiocinatio agendum quidpiam esse  
concludit. Sensus igitur est. Vt in cæteris, ita &  
in deliberationibus vnam esse oportet mensu-  
ram, qua quid eligendum sit atque agendum  
definiamus: hoc maius, quam illud, bonum esse  
decentes. Siquidem vt bonum vbique se-  
ctamur, sic pluribus bonis propositis maius sem-  
per bonum eligimus minorique anteponimus.  
Quemadmodum enim (vt verbis utar The-  
misti) qui cupit inuenire, quodnam ex quan-  
tis inæqualibus maius sit: is mensuram vnam,  
cubitum aut palmum, absterbet: sic quodnam  
phantasma sit magis expectandum, assequitur  
is, qui mensuram vnam, iucundum aut vti-  
le (adde & honestum) sibi constituit, ad quam  
se referat.

Ex quibus quatuor planè intelligas. Primum,  
quomodo instituat deliberatio, quibusque  
nitatur principiis, quibus velut mensura utimur  
in deliberando. Alterum, rationalium phanta-  
siam omnem circa contingentia esse: quæ &  
eligere possumus & non eligere, agere & non  
agere. Pluribus quippe propositis phantasma-  
tibus liberum nobis est & integrum vnum ali-  
quod, quod melius fuerit iudicatum, eligere, ac  
prosequi. Tertium, quatenus rationalium phan-  
tasia deliberativa dicatur: non inquam, quod  
ipsa deliberet, sed quod plura contineat propo-  
sitaque phantasmata, circa quæ rationis delibe-  
ratio instituat, vtrum hoc sit alteri anteponen-  
dum. Vtrum inquam vtile iucundo & honesto,  
vel iucundum honesto & vili, aut demum ho-  
nestum vili & iucundo. Rursumque an hoc vti-  
le potius, quam illud: an hoc iucundum aut ho-  
nestum magis, quam aliud, sit amplectendum.  
In his tota versatur consultatio, atque ex pluri-  
bus phantasmatis vnum aliquod eligere li-  
cet & facere. Quartum & vltimum, rationalem  
phantasiam hoc à sentiente differre, quod hæc  
vnius sit illa plurium, dum plura in consuleatio-  
nem adducit. Atque hoc est, quod deliberativam  
vocat Philosophus.

Scio hæc Philoponum secus interpretatum  
fuisse. Sed libenter interpretationem præter-  
misi, quod à verbis & à mente Philosophi pror-  
sus alienam iudicavi, neque operæpretium est  
in singulis immorari.

TEXTVS.

Καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ὅτι δὲ τὴν αὐτὴν δυνάμιν ἔχον, ἐστὶ τὸ αὐτὸ  
λογισμὸν ἐκ ἑξῆς, αὐτὸν δὲ ἀνεύλω.

Atque hæc causa, cur opinionem non videatur ha-  
bere: quod eam, qua ex ratiocinatione, non habet, hæc  
autem illam.

CCCCC ij

Phantasia  
rationalis  
quatenus  
delibera-  
tiva.

COMMENTARIUS CLXV.

**T**H<sup>EMISTIVS</sup> hęc ad appetitum refert: quasi Philosophus cum phantasia humanam à brutali distinxerit, quod illa cum ratione sit & deliberatione, hęc non item, sed cum solo sensu deliberationis experte appetitum quoque distinxerit, qui phantasia sequitur. Ea verò distinctio sit, quod brutorum appetitus, vt quem bruta & simplex phantasia extimulet, opinionem non habet: quoniam nec ratiocinationem: at humanus & cum opinione & sine opinione potest esse, quia & cum ratiocinatione. Verum antecedentia verba de phantasia, non de appetitu fuerunt.

Propterea scitè magis Philoponus ac Simplicius hęc quoque de phantasia intellexerunt, quibus ex eo, quod humana phantasia est cum ratione coniuncta, brutalis non item, aliam inter eas colligat differentiam, quę priorem illam velut causam agnoscit. Etenim non omnis phantasia opinionem habet, sed humana sola. Etsi verò Philoponus causam putet reddi, cur irrationalis phantasia non possit, quemadmodum rationalis, vnum ex pluribus phantasiatibus facere: causamque esse, quod opinionem non habeant irrationalia. Manifestum tamen est, non antecedentium, sed consequentium causam reddi, hoc est *τὸ δὲ εἶναι μὴ δεξιὴν ἔχειν*, cur opinionem non videatur habere; sic enim Gręca phrasis indicat. Neque cur non possit irrationalis phantasia ex pluribus vnum facere, causa est hęc, quod opinionem non habeat: sed illa, quam iam docuerat Philosophus, quoniam rationem non habet: atque an agat hoc an illud, rationis est opus.

*Phantasia  
hominis  
& bestiarum  
differtentia.*

Ergo hęc est Philosophi ratiocinatio. Opinio ratiocinatione concluditur, estque ratiocinationis effectus: igitur vbi ratiocinatio non est, neque opinio fuerit. Belluina phantasia ratiocinatione caret, caret igitur opinione: humana phantasia ratiocinationem habet adiunctam: habet igitur & opinionem. Quamquam & planior & Aristotelis verbis accommodata sententia mihi videtur fore, si tum de belluis, tum de belluina phantasia pronuntiemus. Hanc, quam diximus, esse causam, cur opinionem belluę non videantur habere. Causa enim est, quoniam eam, quę cum ratiocinatione est, phantasia non habent (sic enim quoque Gręca verba accipere licet) homo autem habeat: quod hęc, scilicet humana phantasia, illam habeat, hoc est opinionem seu ratiocinationem comitem, ex qua opinio colligitur. Simplicij namque interpretationem illam: Hęc autem illam, hoc est, opinio, quę ratiocinatione sit, phantasia habet consequentem: quoniam circa agenda & quę aliter habere possunt, versatur: Non probat: tum quia non consequitur, sed antecedit potius, intellectum & opinionem phantasia: tum quia belluina phantasia humana erat subiungenda: vt quid inter vtramque interesset constaret.

Sanè idem Simplicius, si opinionem ampliore significatu accipias pro superficialia quavis & secundam apparentiam cognitione, irrationalia

**A** libus item animalibus concedendam eam esse ait. Quippe omnibus inest cognitio & phantasia, nec absque cognitione & phantasia licet appetere. Immo eam Iamblichum in irrationali vita posuisse affirmat. At si propriè magis loquamur, soli inest homini; quia sine experimento nostro, siue grauis cuiuspiam viri auctoritate, siue probabili argumento nitatur, omnino constat ratiocinatione. Et idè rationis terminum ac finem appellat Philoponus. Atque à scientia differt certitudine: quod hęc certa & necessaria, illa probabili ratione nitatur, velut inter scientiam & ignorantiam media. Quam ob causam in text. 33. lib. 7. Metaphysicę, eius esse dicitur quod contingit & aliter se habere. Hinc in text. 157. superioris libri probatum est, bestiis non inesse fidem, quoniam non persuadentur: non persuaderi autem, quia rationis participes non sunt. Philosophi verba hęc erant, quę præsentem illustrabunt locum, de quę phantasia, non de appetitu, sermonem esse ostendunt. Omnem, inquit, opinionem comitatur fides, fidem autem persuasum esse: persuasionem verò ratio, Bestiarum autem quibusdam phantasia quidem inest, ratio autem nequaquam.

Non tamen magis scientiam, quam opinionem, inesse putes. Immo minus. Quippe scientia, opinione melior est, illa quę ipsa ratione concluditur: Quare aut opinionem vniuersè magis inesse negauit, hoc est, persuasionem vllam, aut assensum ratione conclusum. Aut opinionem velut deteriolem & imperfectiolem nominans, multò minus id, quod melius & perfectius existit, inesse significauit.

TEXTVS.

*Δὲ τὸ βέλτιον μὴ εἶναι ἢ ὀρεξίη. τινὰ δὲ εἶναι, ὡς καὶ τοῦ βέλτιον, ὅτι δὲ εἶναι τὸ βέλτιον, ὡς καὶ οὐραία, ἢ ὀρεξίη τὸ βέλτιον, ὅτι καὶ ἀρετῆς ἕνεκα. φησὶ δὲ αὖτις αὖτις ἀρετῆς, ὡς καὶ, ὅτι τὸ βέλτιον ἢ τὸ κατὰ φύσιν.*

*Quapropter deliberatum non habet appetitum. Vincit autem interdum & mouet voluntatem, interdum autem hunc illa, velut sphaera, appetitum appetitum, quando incontinentia fuerit facta. Natura vero semper qui superior, magis princeps, & mouet. Quocirca tribus iam modis mouetur.*

COMMENTARIUS CLXVI.

**P**rima huius orationis verba conclusionem quamquam continent superiorum. Ex eo namque quod brutalem appetitum ostendit opinionem non habere, quod ratiocinationem non habeat: eum concludit nec deliberationis participem esse: quoniam deliberatio rationis est opus, nihilque deliberationis capax esse potest, quod ratiocinationis, persuasionis, & opinionis capax non sit. Itaque appetitum hic verè Simplicius dixit propriè nominari eum, qui est irrationalis, atque à rationali voluntate distinguitur. Et is quidem in secunda figura ratiocinationem instruxit; Appetitus irrationalis ratiocinatum nõ



Tex. 58. *Scientiarium autem non mouet, sed manet. Cum vero existimatio est ratio hac quidem vniuersorum, illa vero singulorum (illa enim dicit, quod oportet talem tale agere, hac vero quod hoc tale est ego talis) hac sane mouet opinio, non qua rei vniuersa, aut vtraque, sed illa quidem quiescet magis, hac autem non.*

COMMENTARIVS CLXVII.

**Q**uod primum de scientiarum dicitur, aut Theophrastus non legit, aut certe contempnit; nullam illius, non dicam interpretationem, sed ne mentionem quidem faciens. Simplicius vero longa oratione obscurauit potius, quam illustrauit; multa de intellectu inculcans huic loco minime necessaria: Sed & haec adsequentia, non ad antecedentia referre visus est; cum Aristotelem scripsit in iis, quae sequuntur, summam concludere omnia, quae de anima dicta sunt; à summa illius parte factò principio; hoc est, à suprema animae nostrae substantia, quae est intellectus actu sciens. Philoponus antecedentibus haec ita subiungit, vt cum contrariorum appetituum pugna, de qua proxime dicebatur, ratiocinationem contineat, ratiocinationis huius explicetur modus.

Ego tum ad pugnam & multiplicem illum motum haec refero: tum ad totam illam phantasiae distinctionem in irrationalem & rationalem, sentientem & deliberatiuam. Deliberare namque an hoc an illud agendum sit, rationis opus esse dicebatur; quoque id modo fiat, & vt rationalis ac deliberatiua phantasia moueat hominem, explicare oportuit. Scientiarium igitur appellat intellectum theoreticum, qui extra se non progreditur, sed in sola sui cognitione ac scientia consistit. Hic non mouet, neque vllius animalis motus principium existit; quòd actionem nullam respiciat: sed in seipso manet, theoria sola, quae propria illius est functio, contentus. Quin & congenitus ei est status, inquit Philoponus: siquidem stantes & quiescentes melius contemplamur, magisque intelligimus; quam si versemur in motu. Intellectus igitur, qui mouet, est intellectus practicus, qui propter agendum aliquid ratiocinatur vt in tex. 49. dicebatur. Oportet autem ratiocinationem duplici propositione constare (scilicet vt enim seu existimationem propositionem dicit) quarum vna sit vniuersa, altera in parte. Siquidem ex iis solis, quae sunt in parte, nihil conficitur: sed alteram saltem necesse est vniuersam & generalem esse: ex qua tum altera, quae sit in parte: tum ratiocinatio tota vim habeat concludendi. oportet talem tale agere, haec est propositio vniuersa: cui subiungitur illa in parte. Hoc est tale, & Ego talis: ex quibus conclusio sequitur in parte: quoniam debiliorem vbiq; & deteriolem partem sequitur, siue negantem, siue in parte; si propositionum altera fuerit negans, aut in parte: etiam si altera sit vniuersa aut affirmans. Exempla sumas ex eodem ipso Philosopho in cap. 4. lib. de animalium motu. Cum intellexit, inquit, quod omni ho-

*Quiescentia contemplationis operum.*

*Practica ratiocinatio.*

**A**mini sit ambulandum: ipse autem quòd sit homo, confestim ambulat. Si autem quòd nulli homini nunc ambulandum sit: ipse autem quòd sit homo, statim quiescit. Faciendum mihi est bonum, domus autem bonum, domum illicò facit. Tegumento indigeo, vestimentum est tegumentum, vestimento indigeo, vestimentum faciendum; & conclusio, quae est vestimentum faciendum, operatio est. Haec ille. Obseruat autem, propositiones huiusmodi, quae ad agendum referuntur, per duas species fieri: & per bonum, & per possibile. Nam & appetitus omnis, qui ad agendum & consultandum mouet, tum boni est, tum possibilis: & consultatio omnis de re bona & possibili procuranda instituitur: malorum & impossibilium nec appetitus est, nec consultatio aut deliberatio.

**C**um igitur duabus propositionibus constet deliberatiua ratiocinatio, deinceps quaeritur, vtrānam earum ad agendum moueat; num ea, quae vniuersa est; an ea, quae in parte. Respondetur, quae motum esse, non vniuersa ac generalis propositionis, sed assumptionis particularis. Tum quia conclusio, quae agendum esse persuadet, deteriolem semper sequitur ratiocinationis partem. Tum quia actio quaeuis circa rem particularem versatur; & vt est in 7. lib. de moribus cap. 3. (quo rursus loco de hac eadem duplici propositione ratiocinationis practicae distinet) particularia ea sunt, quae in actionem veniunt, non vniuersa: ideoque propositionem vltimam, quae rei exposite sensui opinio est, actionum appellat dominam. Aut certe si vtraque propositio mouere dicatur; quòd moueat ratiocinatio tota, quae vtraque constat propositione, magis tamen mouet secunda, quae particularis est. Quoniam prima, quae est vniuersa, non immediatè, sed velut è longinquo mouet: immobilisque potius est & quiescens, velut prima causa; tum quia est vniuersa: quòd autem vniuersum est immutabile est, omni que motus & actio singulorum est. Tum quia ipsa vim mouendi tribuit alteri, quae rem particularem agendam proponens appetitum immediatè & quasi è propinquo mouet: ideoque conclusio colligitur particularis, posteriori propositioni similis, non priori. Cum enim ita ratiocinans; Omnis Philosophus est honorandus, hic homo est Philosophus, hic igitur est honorandus: exhibetur quidem honor huic homini, qui particulari propositione proponitur: sed quia Philosophus est: neque honor illi exhiberetur, nisi vniuersa illa cognosceretur: omnis Philosophus est honorandus. Tum demum quia vniuersalis propositio constans est, & perpetuam habet veritatem: particularia mutantur: errorque in practica ratiocinatione vitio fit particularis propositionis, quae sub vniuersali accipitur.

**E**t dum propositione vniuersam ait Simplicius theoreticam esse, atque ab intellectu theoretico sumi; particularem autem à deliberatiua phantasia cognosci: ambasque à practico intellectu coniungi, atque ad ratiocinationis formam adduci: minime audiendus est. Neque enim phantasia, quae sentiens virtus est, propositiones facit: sed intellectui materiam illarum proponit. Et vtramque Philosophus existimationem & ratio-

*Appetitus consultatio boni est & possibilis.*

*Vtraque ratiocinatio non propositus ad agendum mouet.*

*Vtraque propositio intellectus est.*

*Dardanus*

nem appellat: quæ voces non phantasiæ, sed intellectus sunt: Propositio verò, quæ de re agenda est, siue vniuersa sit, siue in parte, practica nimirum est & intellectus practici. Atque vt in theoreticis, sic in practicis, generalia sunt principia velut rerum agendarum regula à prudentia constituta, quæ practica virtus est tota & practici intellectus. Ac demum ille ipse intellectus, qui ratiocinatur, tum propositiones, tum terminos complicat, ex quibus ratiocinatio constat.

Appositè magis hæc obseruat circa verba. Primum: vbi dicitur (talem tale agere) propositionem vniuersam indicari: quoniam, vt ex lib. categoriarum constat, tale Aristoteli consuevit vniuersale significare: vt Philosophum omnem honorandum esse. Vbi verò addit (hoc tale & Ego talis) propositionem particularem: & hoc quidem (& Ego subiectum singulare indicare: tale verò & talis) attributum vniuersale: quod ex propositione vniuersa acceptum de subiecto illo affirmatur.

Deinde sequentibus verbis principio totum motum particulari propositioni tribuere tamquam manifestius mouendi: moxque quasi re melius considerata emendare sermonem & vtrique propositioni concedere. Quod propterea libuit adnotare: quia secus omnino Themistius ac Philoponus interpretati sunt: qui priora verba (hæc mouet opinio, non quæ rei vniuersæ) non asserendo, sed dubitando & quasi interrogando legentes, responderi voluerunt vtramque mouere, sed magis eam, quæ particularis est. Priorem tamen sententiam indicare magis videtur græca lectio: aut motum esse propositionis particularis: aut certè magis, quam vniuersalis.

Tum verò non sine causa non absolutè fuit pronuntiatum propositionem vniuersam mouere vt quiescentem: sed vt quiescentem magis: quoniam cum particulari coniuncta, quæ mutatur, simul cum ipsa quoquo modo mutatur. Nam per se quidem immutabilis & perpetua est illa, quæ Philosophum omnem honorandum esse ait: at quæ Socratem aut Platonem aliumue hominem accipit: hæc iam mutatur, dum aliud atque aliud subiectum accipit, & alium atque alium hominem dicit esse philosophum. Quare dum mutabilis quoque conclusio, alium atque alium hominem honorandum esse, ex vtraque propositione colligitur: illa quoque vniuersalis per se immutabilis quoquo modo mutabilis fit. Sanè propositiones vbique tales sunt, qualia sunt ea, ex quibus constant, quare cum omnis mutatio & motus particularium rerum per se fit, propositiones particulares per se mutabiles sunt. Vniuersæ naturæ per se sunt immutabiles, ex accidenti mutabiles, vt in singulis rebus existunt: ideo propositiones item vniuersæ per se immutabiles sunt quoquo modo mutabiles, vt cum particularibus complicantur.

Summaria conclusio de anima suum motum causat.

Neque de animalium motu plura Philosophus hoc loco disputat. Constituit autem primariam motus efficientem causam appetitum esse, siue sentientem, siue rationalem: at sine cognitione non mouere. Cognitionem verò aut phantasiæ esse, aut intellectus: intellectus inquam practici, quia actionem respiciat. Ac phantasiæ quidem

A cognitionem simplici constare obiecti propositione: qualis sensui sentientique virtuti potest inesse: ac intellectu in ratiocinationem ac deliberationem adhibere duplici propositione constantem: vna vniuersali, quæ cum tribuit ratiocinationi, altera particulari quæ vniuersalem contrahat. Vnde conclusio sequitur particulari similis, quæ rem agendam continet.

Motricè virtutis origo in corde.

Motricè potro virtutem in corde principatum habere, non in cerebro: quod in superioribus non semel accepimus: ex his petendum erit, quæ antè de organico corpore disputata fuerit. Vnde etiam ferè intelliges, an per spiritum, an per nervos à principe membro per vniuersum corpus diffundatur. Nam etsi Auicenna in i. fen. 1. fundam.

Vi ea per corpus fundatur.

B Canonis doct. 6. cap. 4. & in 5. de anima cap. 8. diffundi voluerit per spiritum, tum quia is per nervos distribuitur: tum quia is proprium est animæ instrumentum: tum quia sunt qui sanis partibus omnibus ac nervis priuantur motu solius spiritus defectu. Rationi tamen magis consentaneum est id, quod Galeno quoque placuisse plurimis in locis video, eam per nervos potissimè deferri. Nam phrenetici paulò ante mortem magnam vim habent mouendi: quitamen exiguo & imbecillo sunt spiritu. Et nervo ligato tollitur motus, etiamsi spiritus & calor remaneant. Adde neruum animatum esse corporis partem, spiritum autem inanimatum: quare etsi hic quoque necessarius sit, nec sine illo possit esse motus: nervus tamen mouendi præcipuum instrumentum iudicatur.

DE FACULTATVM ANIMÆ IN VIENTIA OMNIA DISTRIBUTIO. CAP. II.

TEXTVS.

D *Ἡ ψυχή ἐστι ἀσπασίμων ἄσπαστον ἀδύνατον πᾶσι ἔχειν, ὅτι μή ἐστι, καὶ ἄσπαστον ἔχει, ἀπὸ φύσεως μὲν καὶ ὁμοῦ. ἀδύνατον γὰρ τὸ ἄσπαστον ἀσπασίμων ἔχειν, καὶ ἀσπασίμων, καὶ ὁμοῦ. ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν ἑστῶν ἔχειν ἀδύνατον. ἀδύνατον δὲ ἐστὶν ἂν ἀσπασίμων δὲ ἰσάμεν ἐν μὲν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν δὲ ἄλλοις.* Text. 191

Altricem igitur animam necesse habere euacta, quot viuunt & animam habent, ab ortu ad interitum usque. Necesse enim quod genitum est, incrementum habere, & vigorem & decrementum. Hæc autem absque alimento habere impossibile. Necesse igitur altricem inesse virtutem in omnibus, quæ oriuntur & occidunt.

COMMENTARIVS CLXVIII.

E **P**ostquam de animalium motu dictum est: putat nunc Philoponus videntia, quæ mouentur, ab immobilibus distinguere Aristotelem voluisse. Quædam enim immobilia penitus sunt, vt plantæ: alia mouentur ex parte, alia ex vno loco in alium transeunt tota. Et rursum quæ ex parte, quædam sunt sublunaria, vt plantanimalia: alia superlunaria, vt cælestia. Sed neque in his vlla est plantarum aut plantanimorum mentio, nulla immobilium, nulla motus ex parte;